

---

APPENDIX,  
CONTAINING  
ORIGINAL PAPERS;  
WITH  
SOME REMARKS.

---

## APPENDIX.

---

---

### NUMBER I.

*Carta Dñi Regis de ecclia de Abirnythyn.*

W. Dei gracia Rex Scottorum, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, et omnibus probis hominibus locis terre sue, Clericis et laicis, Salutem. Sciant presentes et futuri me dedisse, concessisse, et hac carta mea confirmasse Deo et ecclie Sti Thome de Abirbroth et monachis ibidem Deo servientibus, in liberam et puram et perpetuam elemosinam, eccliam de Abirnythyn cum istis pertinenciis, scilicet, cum capella de Dron, et cum capella de Dunbule, et cum capella de Erolyn, et cum terra de Belach et de Petinlover, et cum mediatae omnium decimarum proveniencium ex propria Abbatis de Abirnythu, et cum omnibus decimis territorii de Abirnythyn, et cum omnibus justis pertinenciis ejusdem ecclie preter illas decimas que spectant ad eccliam de Flisk, et ad eccliam de Cultram, et preter decimas de dominio ipsius Abbatis quas *Keledei* de Abirnythyn habere solebant, scilicet de Mukedrum, de Kerpul, et de Balchirewell, et de Baletolly, et de Innernythy ex orientali parte rivuli. Quare volo ut prenominati monachi de Abirbroth prefatam eccliam de Abirnythyn, cum omnibus prescriptis pertinenciis suis, habeant et teneant in liberam et puram et perpetuam elemosinam ita libere et quiete, plenarie et honorifice, sicut alias elemosinas suas, liberius, quietius, plenius et honorificentius tenent et possident. Testibus Hungone Cancellario meo, A. Abate de Dunfermelin, Comite Dunecano Justiciariorum, Comite Gilberto, Ricardo de Prebend, Clerico meo, Rad. et Waltero

Capellanis meis, W. Cumyn, W. de Haya, Rad. Ruffo, Rob. de Berkel., Roger de Mortimer, Merleswain, Heriberto Marescallo meo. Apud Perth.

*Carta Laurencii de Abirnythyn de ecclia de Abirnythyn.*

LAURENCIUS filius Orn de Abirnythyn, Omnibus hominibus et amicis suis Salutem. Sciant presentes et futuri me quietum clamasse pro me et heredibus meis Deo et ecclie Sti Thome de Abirbr. et monachis ibidem in perpetuum omne jus quod habui, vel quod clamare potui, in advocatione ecclie de Abirnythy cum ipsis pertinentiis suis, scilicet, cum capella de Dron, et cum capella de Dunbule, et cum capella de Erolyn, et cum terra de Belach et de Petenlover, et cum medietate omnium decimarum provenientium ex propria pecunia mea et heredum meorum, quarum alteram medietatem habebunt *Keledei* de Abirnythy; et cum omnibus decimis territorii de Abirnythy, et cum omnibus justis pertinentiis ejusdem ecclie, preter illas decimas que spectant ad eccliam de Flisk, et ad eccliam de Cultram, et preter decimas de dominio meo de Abirnythy quas *Keledei* de Abirnythy habent, et semper habere solebant, scilicet de Mukedrum, et de Kerpu, et de Balchyrewell, et de Innernythy ex orientali parte rivuli. Quare Volo ut prenominati monachi de Abirbrothot prefatam eccliam de Abirnythy, cum omnibus prescriptis pertinentiis suis, habeant et teneant in libram et puram et perpetuam clemosinam, absque omni calumpnia de me et heredibus meis in perpetuum, ita libere et quiete, plenarie et honorifice, sicut alias clemosinas suas, liberius, quietius, plenius et honorificenter tenent et possident. Testibus Hugone Cancellario, A. Abbe de Dunferm., Comite Dunecan., Comite Gilberto, Ricardo de Prebend. Clerico Domini Regis, W. Cumyn, W. de Haya, Rad. Ruffo, Merleswain, Bricio Judice, Macbeth Vicario de Scona, Thaino de Strathaid, Constantino Judice de Stratheron, et aliis multis.

Regist. Aberbroth. I. Fol. 49, b. 50, a. Macfarl. MS. I. p. 121,—123.

NUMBER II.

*Carta Symonis Ep[iscopi] Dumblanen[ti] de ecclia de Abnythyn.*

SYMON Dei gratia Dumblanen[ti] Episcopus Universis Sancte Matris ecclie filius Salutem in Christo. Sciant presentes et futuri nos, ad petitionem Domini Willi

illustris Scocie Regis, dedisse et concessisse, et episcopali auctoritate et hac carta nostra confirmasse Deo et ecclie Sti Thome Martiris de Abbroth, et monachis ibidem Deo servientibus et servitulis, in liberau et puram elemosinam eccliam de Abirnthy cum capella de Drun, et cum capella de Erolyn, et cum terra de Belach, et de Petenlover, et cum medietate omnium decimarum provenientium ex propria pecunia Abbatis de Abernyth, et cum omnibus aliis decimis et rectitudinibus ad eandem eccliam juste pertinentibus. Concessimus etiam prefatis monachis, ut prefate ecclie redditus et proventus universos in usus proprios convertant. Quare volumus ut memorati monachi pretaxatam eccliam cum prescriptis capellis et terris et omnibus aliis justis pertinentiis suis teneant et possideant, ad usus proprios ita libere, quiete, plenarie et honorifice, sicut aliqui viri religiosi aliquod ecclesiasticum beneficium in toto regno Scocie liberius, quiecius, plenius et honorificencius tenent et possident. Et liceat eos capellanos quos voluerint in eadem ecclia constituere, salvis synodalibus. Hiis testibus, Jonathal Archid., Ricardo Capellano Comitis, et Henrico Capellano Malisii, Johē Clerico Comitis, et Michē persona de Motiel, Roberto Abbatte de Scona, Adam Abbatte de Cupro, Wydone Abbatte de Lundoris, Hugone Concellario Dni Regis, Ric. Clerico Regis de Prebenda, Rad. et Waltero Capellani Regis, Petro Capellano Cancellarii Regis, Comite Dunecano de Fyfe, Malisio de Stradern, Hugone de Walledour, Willō de Haya, Adam filio Gilberti, Malec. filio Bertolf, Roberto de Perth, Willō Wascell, Hugone Malherbe, et multis aliis boni testimonii viris,

Regist. Aberbroth. I. Fol. 104. Macfarl. MS. p. 243, 244.

### NUMBER III.

*Sentencia Abrahē Ep̄i Dumblān super decimis Abirnthyū.*

ABRAHAM miseracione divina ecclie Dumblanēn Minister humiliis omnibus has literas visuris vel audituris eternam in Dnō salutem. Cum coram nobis super quibusdam decimis, scilicet Petkarry, Petyman, Malcarny, Petkorny, Pethwnegus, Galthanin, per rectas divisas suas quas Abbas et conventus de Abbroth asserebant ad eccliam eorum de Abirnthy jure parochiali spectare, inter eosdem Abbatem et Monachos, et Priorem et Kelledeos de Abirnthy questio mo-

veretur, lite inter partes contestata, et super assercione parcium veritate solemniter et legittime inquisita, predictas decimas predicto Abbatii qui procurator monachorum erat, nomine monachorum de consilio virorum prudencium et juris peritorum diffinitive adjudicavimus, predicto Priori qui procurator erat *Kelledeorum*, nomine *Kelledeorum* de Abirnthy, super iisdem decimis perpetuum silencium imponentes, quam sentenciam de consensu et voluntate predicatorum *Kelledeorum* execucioni fecimus demandari. Et ne nostra diffinicio vel execucio per cursum temporis vel alio modo, quod absit, possit in dubium devenire, in hujus rei testimonium perpetuum, presenti pagine sigillum nostrum auctentificum fecimus apponi : et hi qui nobiscum fuerunt assidentes, ad majorem rei certitudinem sigilla sua apposuerunt. Hiis testibus Gwydone Abbatie de Lundors, Willmo Abbatie de Scona, Gilberto Archid. de<sup>1</sup> Johē Priorie de Inchafran, Michē persona de Abnthy, Johē de Morav. Viccomite de Perth, Magro Willō de Abnthy, et Petro, et Willō, et Rad. Capellanis.

*Sentencia ejusdem Abrahē Ep̄i super eisdem decimis.*

Universis st̄c matris ecclie filiis, A. Dei gratia Episcopus Dumblanēn, eternam in Dño salutem. Universitatì vestre notum fieri volumus item illam que inter Domplnum Abbatem de Abbōth et conventum ejusdem loci ex parte una, et Priorem et *Kelledeos* de Abirnthy ex altera, super decimas quarundam terrarum parochie de Abirnthy, diu tan in curia Dñi nostri W. illustrissimi Regis quam in ecclesiastica coram nobis et in curia nostra, multis eciā viris nobilibus ex parte dicti Dñi nostri Regis ad finem ejusdem litis audiendum destinatis, sub hac forma sentencia diffinitiva esset extincta ; quod dicti Abbas et conventus dictam eccliam de Abirnthy adeo plenarie, integre, et pacifice habebunt et possidebunt, sicut melius et pleniū predecessores dictorum Abbatis et conventus habuerunt et possederunt. Dicti etiam Abbas et conventus, et Dicti Prior et *Kelledei* in predictam sentenciam legittime consenserunt, et sacramentum fidei prestiterunt, quod nunquam contra predictam sententiam vel ipsius execucionem aliqua occasione venirent. Promulgacioni vero istius dicit sentencie interfuerunt, et testes sunt, Abbates de Lundors et de Scona,

<sup>1</sup> From the deed following, it appears that the blank should be supplied with the word *Dumblanē*.  
(<sup>2</sup> sic.)

Domnus Guydo et Dñus Willūs, et Johēs de Inchafrau, et Gilb. Archid. Dumblān., et Innocencius, et Willūs et Nicholaus Canonici, Maḡr. Rad. de Erth, Petrus Capellanus de Abirnthy, Willūs de Clony Clericus Dñi Regis, Adam persona de Kinspin [f. Kilspindie], Willūs Capellanus ipsius dicti Dñi Episcopi Johes de Murreve Viccomite de Perth, Br̄cīus Judex Dñi Regis, Hervicus de Melmurthe, Rob. de Innerkeledr, Henricus filius Gaufridi de Perth.

Regist. Aberbroth. I. Fol. 103, 106. Macfarl. MS. p. 246, 247.

## NUMBER IV.

*Ordinacio Judicium delegatorum super ecclesia de Abirnethy.*

OMNIBUS Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris, W. et G. Glasguen et Dunkeldēn Dei gratia Episcopi eternam in Dño salutem. Literas Dñi Pape in haec verba suscepimus. Gregorius Episcopus, servus servorum Dei venerabilibus fratribus Olasguen et Dunkeldēn Episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Venerabilis frater noster Episcopus Dumblanensis in nostra proposuit presencia constitutus, quod cum olim ecclesia Dumblanēn per centum annos et amplius vacavisset, fere omnia bona ejus fuerunt a personis secularibus occupata. Et licet processu temporis fuissent in ea plures Episcopi instituti, per simplicitatem tamen et incuriam eorundem non solum revocata non fuerunt taliter occupata, verum etiam relique que occupauit manus effugerant, alienatae sunt fere penitus et consumptae. Propter quod nullus ydoneus induci poterat ad onus hujusmodi assumendum, pene per decem annos, eadem ecclesia interim pastoris solacio destituta. Cumque nos postmodum intellecto miserbili statu ejus, Venerabilibus fratribus nostris Sancti Andree et Brechyn Episcopis, ac tibi frater Dunkeldēn, provisionem ipsius duximus committendam, tu et idem Episcopi sperantes dictam eccliam per jam dictum Episcopum posse de lacu miserie respirare, ipsum eidem ecclie prefecisti; quam supradictus Episcopus invenit adeo desolatam, quod non repperit ubi posset caput suum in cathedrali ecclia reclinare. Nullum collegium erat ibi, sed in ipsa ecclia discooperta quidam Capellanus ruralis divina officia celebrabat. Ipsi quoque Episcopi redditus sunt adeo tenues et exiles quod vix per diuidum anni potest inde congrue sustentari. Quia vero instacia nostra coti-

diana est omnium eccliarum sollicitudo continua, fraternitati vestre per apostolica scripta mandamus quatenus ad eandem ecclesiam personaliter accedentes, si rem inveneritis ita esse, quartam partem decimarum omnium eccliarum parochialium Dumblanen Diocesis faciatis, si absque gravi scandalo fieri poterit praefato Episcopo assignari, ut ipse de vestro et proborum virorum consilio reservata sibi de ipsis pro sustentacione sua, congrua porcione Decano et Canonicis quos ibidem per vos institui volumus et mandamus assignet. Alioquin, assignata ipsi Episcopo quarta decimarum omnium eccliarum ejusdem Diocesis que a personis secularibus detinentur, sedem episcopalem ad Monasterium Sancti Johannis Canonicorum regularium predicte Diocesis transferatis, eligendi Episcopos, cum ipsa ecclesia vacaverit, Canonicis ipsis in posterum potestate concessa, contradictores si qui fuerint et rebelles, per censuram ecclesiasticam, appellacione postposita compescendo. Datum Viterbiæ iii<sup>o</sup> Iudis Junii, Pontificatus nostri anno xi<sup>o</sup>.

Cum igitur literarum istarum auctoritate, omnes in Diocesi Dumblanen Beneficiatos de patrocinio eidem ecclesiae prestante et divini officii cultu in eadem ampliendo sepius conveniremus, tandem de virorum prudentum consilio inter dictum Episcopum Dumblanensem ex parte una et Abbatem et Conventum de Abirbr. de assensu parcium ita statuimus, et ordinavimus, viz. quod totum jus quod dicti Abbas et Conventus de Abbroth in alteragio de Abirnyth haberent, cum terris de Petenlouer, et de Belach, et cum omnibus alis justis pertinentiis suis, jurisdictioni et dispositioni ejusdem Episcopi Dumblanensis et successorum suorum cedet et quietum remanebit in perpetuum, salvo supradictis monachis et successoribus eorum, medietate terre de Belach, cum omnibus pertinentiis suis et aysamentiis, et salvis eisdem omnibus decimis garbarum que ad dictam ecclesiam de Abirnyth pertinent in usus proprios convertendis, et pacifice sine omni onere episcopal possidentis, et salvis eisdem omnibus juribus et emolumentis que in capellis dicte ecclesie de Abirnyth habuerunt, vel de jure habere debuerint. Dictus vero Episcopus Dumblanen et successores sui prouidebunt de bonis supradictae alteragi, quod eidem ecclesie de Abirnythy honeste deserviatur, et de omnibus oneribus ad Episcopum Dumblanen vel ad ejus Officiales spectantibus pro eadem ecclesia respondebunt. Et insuper invent de bonis ejusdem alteragi de Abirnyth. Vicarium in cathedrali ecclesia Dumblanen nomine Abbatis et Conventus de Abirbroth ministrantem, et vices eorum in eadem ecclesia supplente, ut sic suoradicta ecclesia de Abirny-

thy ad majorem sui libertatem et libertatis sue tuicionem, in posterum prebendalis et Canonica Dunblanensis eccliae in perpetuum habeatur, et Abbas de Abirbroth Canonicus sit, et installatus in eadem ecclia, assignato eidem inter Canonicos ejusdem eccliae tofto honesto, ubi mansum sibi facere possit, cum libertatibus et aysamentiis eisdem Canonicis in hac parte concessis. Ut autem hec nostra ordinacio rata futuris temporibus et inconcessa permaneat, uni parti hujus scripti in modum Cirographi confecti, sigillum Episcopi et sigillum Capituli Dunblanen<sup>ē</sup> eccliae, alteri vero parti sigilla Abbatis et Capituli de Abirbroth, una cum signillis nostris utrinque appensis, in perpetuum testimonium fecimus apponi. Regist. Aberbroth. Fol. 18, 19. Macfarl. MS. i. p. 36, 39.

## NUMBER V.

*Account of the Donations made to the Culdees of Lochleven. From the Register of the Priory of St Andrews, as transcribed in Macfarlane's MSS., pp. 138—145. compared with Gillan's and Crawfurd's Transcripts.*

SUB compendiosi sermonis tractatu dignum duxi in quandam sumمام lucento sermone omnes redditus, tam prediorum cum suis finibus et terminis, quam ecclesiarum et aliorum reddituum ex antiquis donationibus et collationibus regum Scotie ad ecclesiam Sancti Servani de insula Lochleven, ex antiquo jure spectantes redigere, ne supervacua questio et tumultuosa disceptatio aures regum et principum et pontificum temporis tractu inutiliter percebat. Et ea que in subsequentibus breviloquio tangemus, omnibus ambagibus abjectis et circumscriptis veteris voluminis antiquo Scotorum idiomate conscripti, memoriali recordatione apud presentes, et inexterminabili et perpetuali insinuatione declarat scriptura ad posteros.

*De Primo Rege qui dedit Insulam de Lochleven.*

Brude filius Dergard, qui ultimus regum Pictorum, secundum antiquas traditiones fuisse recolitur, contulit Insulam Lochleven Deo omnipotenti et Sancto Seruano, et Kyleneis Eremitis ibidem commorantibus, et Deo servientibus et servitibus in illa insula. Et prefati Keledei dederunt locum cellule Episcopo

Sancti Andree sub tali forma, quod Episcopus exhiberet eis victimum et vestitum. Et ne ignoretur quis contulit Episcopo locum ibi, Romanus, monachus et abbas, vir admirande sanctitatis, primo concessit precario locum ibi Episcopo, scil. Fothhath filio Bren, qui nunc et tunc super totam Scotiam fuit celebris et satis commendabilis vite. Prefatus Episcopus dedit benedictionem suam plenarie omnibus hiis qui observarent conventionem istam et amicitiam initiam inter Episcopum et *Keledeos*; et versa vice dedit maledictionem suam omnibus Episcopis qui infirmarent et revocarent prefatam conventionem.

*Qualiter Mathbet [f. Machbet] filius Finlach et Gruoch dederunt Sancto Serano, Kyrkenes.*

Machbet filius Finlach contulit pro suffragiis orationum, et Gruoch filia Boethe, Rex et Regina Scotorum, Kyrkenes Deo omnipotenti et *Keldeis* pre-fate Insule Lochleven, cum suis finibus et terminis. Hi enim sunt fines et ter-mini de Kyrkenes et villule que dicitur Porthinok, annae [Porthmokanene, Gill. Porthmokanne, Crawf.] de loco Moncloccodhan usque ad annum qui dicitur Leven; et hoc in latitudine, et a publica strata que dicit apud Hinhirkethyn<sup>1</sup> usque ad Saxum Hiberniensium, et hoc in longitudine. Et dicitur Saxum Hiberniensium, quod Malcolmus Rex, filius Duncani, concessit eis salinagium quod Scotice dicitur Thonnane. Et venerunt Hibernenses ad Kyrkenes, ad domum cuiusdam viri nomine Mochan, qui tunc fuit absens, et solummodo mulieres erant in domo quas oppresserunt violenter Hibernenses, non tum sine rubore et verecundia. Rei etiam eventu ad aures prefati Mochan pervento, iter quam totius [l. otius, ut Gill.] domi festinavit, et invenit ibi Hibernenses in eadem domo cum matre sua. Exhortatione etiam matri sue sepius facta, ut extra domum veniret, que nullatenus voluit, sed Hibernenses voluit protegere et eis pacem dare, quos omnes prefatus vir in ultionem tanti facinoris ut oppres-sores mulierum, et barbaros et sacrilegos, in medio flamme ignis, una cum matre sua, viriliter combussit. Et ex hac causa dicitur locus ille Saxum Hibernien-sium.

*De Libertate Kyrkenes collata a Rege Machbet filio Finlach, et a Gruoche Re-gina.*

<sup>1</sup> i. e. Inverkeithing, still pronounced *Innerkeithin*.

Cum omni libertate collata fuit villa de Kyrkenes Deo omnipotenti et *Keledeis*, absque omni munere et onere, et exactione Regis, [et filii Regis, Gill. Crawf.] Vicecomitis et alicujus, et sine refectione pontis, et sine exercitu et venatione, sed pietatis intuitu et orationum suffragiis fuit Deo omnipotenti collata.

*De Collatione et Libertate de Petnemokane.*

Edgarus, filius Malcolmi, Rex Scotie, contulit in elemosinam Deo omnipotenti, et predictis *Keledeis*, Petnemokane cum omnibus libertatibus, sicut pernotatum [l. ut Gill. Crawf. *prenotatum*] est in capitulo precedente.

*De Villa de Ballecristyn et ejus Libertate.*

Malcolmus Rex et Margareta Regina Scotie contulerunt devote villam de Ballechristin Deo omnipotenti et *Keledeis* de Lochleven, cum eadem libertate ut prius.

*De Libertatibus Villarum de Kyrkenes et de Petnemokane.*

Dovenald, filius Coneliat Regis, dedit omninodam libertatem duabus villis, scilicet, Kyrkenes et de Pitnemokane, cum ceteris regibus, seil. Duncano Rege, Edgaro et Alexandro, et David, fratribus eidem, et omnibus villis quascunque tunc habuerunt, vel postea habere potuerunt.

*De Donatione de Admore et ejus Libertate.*

Edelradus, vir venerandi memorie, filius Malcolmi Regis Scotie, Abbas de Dunkelden, et insuper Comes de Fyff, contulit Deo omnipotenti et Sancto Seruano, et *Keledeis* de Insula Lochlein, cum summa reverentia et honore, et omni libertate, et sine exactione et petitione eujusquam in mundo, Episcopi vel Regis vel Comitis, Admore cum suis rectis terminis et divisis; et [f. ut] ipsius ille terre possessio fuit tradita illi a parentibus suis cum esset in juvenili etate. Idcirco cum magna animi affectione et amore illam obtulit Deo, et Sancto Seruano, et prefatis viris Deo servientibus et ibidem servituris, et istam donationem et collationem primo factam confirmaverunt duo fratres Hedelradi, scilicet, David et Alexander, in presentia multorum virorum fide dignorum, scilicet, Constantini Comitis de Fyff viri discretissimi, et Nesse, et Cormac filii Macbeath, et Malnethie filii Beollani, sacerdotum de Abernethyn, et Malebride alterius sacerdotis, et Thuadel, et Augustini sacerdotis *Keledeorum* et Berebeadli Rectoris scolarum de Abernethyn, et coram cetibus totius Universatis tunc de Aberne-

thyn ibidem degentibus, et coram Deo omnipotente et omnibus Sanetis. Et ibi data est plenarie et universaliter ab omnibus sacerdotibus, clericis et laicis, maledictio Dei omniotentis et Beate Marie Virginis, et omnium Sanctorum, ut Dominus Deus daret eum in exterminium et perditionem, et in omnes illos quicunque irritarent et revocarent, et diminuerent elemosinam de Admore. Omni populo respondente, Fiat, Amen.

*De Donatione Ecclesie de Markinche per Malduinum Episcopum.*

Malduinus Episcopus Sancti Andree contulit ecclesiam de Markinche, cum tota terra, honorifice et devote Deo et Sancto Seruano, et Keledeis de Insula Lochlevin, cum prefata libertate.

*De Concessione Ecclesie de Scony per Tuadal Episcopum.<sup>1</sup>*

Tuadal Episcopus Sancti Andree contulit ecclesiam de Scony prefatis viris religiosis devote et integre, cum onne libertate et honore, pro suffragiis orationum.

*De Ecclesia de Hynkyndorach, [Hurkendorah, Sibbald; Hurkyndorath, Gillan, Crawfurd; Harkindocach, Pinkerton.]<sup>2</sup>*

Modach [Modath, Gill. Crawf.] filius Malmykel, vir piissime recordationis, Episcopus Sancti Andree, cuius vita et doctrina tota regio Scotorum feliciter est illustrata, contulit Deo et Sancto Seruano, et Keledeis Heremitis apud Insulam Lochlevin, in scola virtutum ibidem degentibus, devote et honorifice, cum prefatis libertatibus ecclesiam de Hynkyndorath. Iste sunt antique prestationes et canones quas prefate ecclesie solvabant antiquitus, scil. xxx<sup>to</sup> panes decoctos cum antiqua mensura farine ibi apposita, xxx<sup>to</sup> caseos quorum quilibet facit Chndreme, et octo male de braseo, et Derchete [Derchede, Gill. Crawf.] male, et Chedher male.

*Perambulatio inter Terras de Kirknes et Lochore.*

Fornax et incendium totius iniquitatis, scil. Robertus Burgonensis miles

<sup>1</sup> Probably the same person with *Thuadel* mentioned above.

<sup>2</sup> Perhaps the modern *Auchterderran*, in an old *Taxatio* written *Hurworderich*; as *Auchtermuclhy* is designed *Hucdirmuhede*; Reg. S. Andr. p. 57, 58.

gravaminibus et injuris prefatos viros religiosos nequiter et calumniose vexavit et fatigavit, volens precise fervore sue rapacitatis et infrenate tyrannidis ab eis auferre quartam partem de Kirknes. Concilio inito a fratribus juxta simplicitatem suam, accesserunt ad presentiam David. Regis, supplicantes ei ut justum judicium ficeret inter eos et prefatum Robertum. Tandem Rex miseria [l. *injuria*] motus, misit nuncios suos per provinciam de Fyff et Fothrithri [*Forhirth, Crawf.*], et convocavit hominum multitudinem in unum locum, scil. Constantimum Comitem de Fyff, virum discretum et facundum, cum satrapis et satellitibus et exercitu de Fyff, et Macbeath Thaynetum de Falkland, et priuoceros, et duces, et lunartes [*lunarcas*] exercitus Episcopi et Soan ducem cum familia sua. Et tunc temporis fuerunt duces exercitus Episcopi Budadh et Slogadadh. Et hi omnes sunt testes hujus altercationis et dissensionis. Tandem fuit compromissum in tres viros legales et idoneos, scil. Constantimum Comitem de Fyff, magnum judicem in Scotia, et Dufgal filium Motche, qui fuit senex justus et venerabilis, et Meldoineth filium Machedach, judicem bonum et discretum. Sed iste Dufgal primo pronunciavit sententiam pro monachis idem *Keldeis*, et contra protervitatem et calumniam Roberti Burgouens. Tunc [*Sed Crawf.*] alii judices detulerunt Dufgal, propter sui senectutem et juris peritiam; et ita fuit decisum istud negotium sententialiter et per juramentum. Isti sunt clerici qui juraverunt super finibus ville de Kirknes, Duſtah [*Dustah, Crawf.*] sacerdos et Abbas, et Sarra filius Sodelne, et Eugenius monachus, et Dovenald nepos Leod, et Morrehat [*Morrhehat, Crawf.*] vir venerande sanctutis et Hibernensis, et Cathan senex. Et sic victus fuit predictus R. coram omnibus.

The following reflections naturally occur from the perusal of these ancient writings.

1. That, in Scotland, till the beginning of the twelfth century, we find comparatively little regard paid to saints. In several of these records, indeed, mention is made of St Servanus. The church in the Isle of Lochlevin is called *St Servan's church*. But this might seem necessary for the sake of distinction. Although his name, in the donations, is improperly conjoined with that of God; this also might be especially meant for specifying the particular intention of the donor, as it is immediately connected with the designation of the persons who were to receive the benefit,—“to St Servan and the Culdees,” &c. Nothing is added, that can suggest the idea of worship being given to this saint. On the

contrary, the Culdees are described as only “serving, or to serve, God,” in the place referred to. Some of the donors even seem to avoid mentioning the name of St Servan; as, in four of these deeds, the donation is made merely “to God and to the Culdees.”

2. That, till the Roman influence was greatly increased, our ancestors had no hesitation in giving the fullest testimony to the *religion* of the Culdees. It has been seen in the preceding work, that later writers speak as if there had been nothing at St Andrews which deserved the name of *religion*, before the institution of Canons regular. But here the Culdees are expressly designed *religious men*;<sup>1</sup> their seat in Lochlevin is called *the school of virtues*; and kings and princes thought themselves amply repaid, for all their liberality to these hermits, by having an interest in their prayers.

3. That, for many ages, they were at the greatest pains to do justice to these pious men; in asserting their rights, and in guarding or reclaiming their property. They could find no names too hard for those who made invasions on them. They charge them with rapacity, unbridled tyranny, and sacrilege; and virtually excommunicate them.

4. We have a striking proof of the rapid progress of the Romish power in a very few years, and of its blinding influence on the mind. Our princes and nobles knew with what solemnity these donations had been made, and, in succeeding generations, ratified to the Culdees. Alexander and David had themselves confirmed the gift of their brother Edilred, before many witnesses; nay, as calling God and all his saints to witness their integrity, and invoking the most dreadful curses on all who should infringe on this donation. Yet, this same Alexander suppressed the Culdees at Scone; and the pious David afterwards gave the isle of Lochlevin, and a great part of the property of the Culdees, to the Canons whom he settled at St Andrews. Now, how can we possibly account for such a change, especially in minds deeply impressed with a sense of religion in their own way, a change that set at defiance, and trampled under foot, all regard to justice and moral obligation? We can account for it in no way, but by ascribing it to the ascendancy gained over their minds by

<sup>1</sup> This is the very term which came afterwards to be restricted to canons regular, in contradistinction from Culdees.—Constitutus coram nobis—venerabilis ac *religiosus* vir Dominus Andreas de Wynton Canonicus Regularis, &c. Reg. Sti Andr. p. 13.

a system of superstition, which envelopes the understanding, stupifies the conscience, and obdures the heart; a system, which claims a divine right to dispense with all laws human or divine.

*Donation of the village of Bolgyne to the Culdees.*

We have, in the same Register, some further information with respect to the liberality of Macbeth to the Culdees of Lochlevin; which does not seem to have been attended to. It is said, that the venerable and religious man, Lord Andrew of Wynton [evidently the author of the *Cronykil,*] Canon regular of the cathedral church of St Andrews, and prior of the Priory of the Isle of Lochlevin, appeared in the Bishop's Court, and publicly exhibited a certain Register, produced from the archives of the said cathedral, and commonly called, "The Book giving an account of the castles, donations of lands, rents, churches, and other privileges, granted to the priories of the cathedral church of St Andrews and of the Isle above mentioned." This was produced for the purpose of pointing out a grant made by Macbeth of the lands of Bolgyne to the Culdees of Lochlevin. William Barclay of Bolgy having withheld from the canons, then settled in the room of the Culdees, their rights; this was produced to shew the claim they had, as successors of the Culdees; and supported by a grant from Richard Bishop of St Andrews, on the ground of the original donation by Macbeth. The Register gives the following account.

In quo quidem Registro, cum per nos inspiceretur, in quodam illius rubro comperimus continē. hec verba, viz. A quo data est villa de Bolgyne Hermitis de Lochlevin: et conferentur [f. conferenter] in nigro scriptum erat, viz. Cum summa veneratione et devotione Makbeth Rex contulit Deo et Sancto Seruano de Lochlevyn, et Hermitis ibideū Deo servientibus, Bolgyne Filii Torfyny, cum omni libertate, et sine onere exercitus Regis et filii Regis, vel vicecomitis, et sine exactione alicuius, sed caritatis intuitu et omnium suffragiis. Reg. Sti Andr. p. 14.

This ancient deed was exhibited by Andrew de Wynton, A. 1410, while Walter Trail was Bishop of St Andrews.

## NUMBER VI.

*A Catalogue of the Library of the Culdees, in the Priory of Lochlevin.*

The copy of the Register, in which I have met with this catalogue is far from being accurate; and perhaps it is no where less so than in the passage which contains this list. We are therefore left to mere conjecture as to the genuine titles of some of the books.

It appears, from the same deed, that not only the books, but the very vestments, of the Culdees, were violently taken from them.

I shall first give the deed itself, as it stands in the MS.; and then subjoin such corrections as conjecture supplies, and some remarks for illustration.

Omnibus sancti matris ecclesie filiis, Robertus Dei gratia minister humilis ecclesie Sancti Andree, Salutem et episcopalem benedictionem. Sciant omnes, tum presentes quam absentes, nos dedisse et concessisse ecclesie Sancti Andree et Roberto Priori, abbatiam Insula de Lochlevin, cum omnibus ad eam pertinentibus, ad Canonicos regulares constituendum in ea, hoc est, cum Findahin, et omnibus suis appendiciis; et cum Portemuock et suis appendiciis, et cum molendinis ad pontem: et cum uno molendino in terra Fundathin; et Chirtnes cum suis appendiciis omnibus; et cum dimidia villa de Urechechein cum suis appendiciis; et villa ecclesiastica de Sconin et suis appendiciis; et cum viginti melis casei, et uno porco de Markinge; et cum x melis et iiii melis de Breis; et uno porco de Etmor; et cum xx melis ordei [hordei] de Balchristin; et cum viginti melis casei et uno porco de Bolgin filii Thorsini; et cum decimis de domo nostra de Insula; et cum decimis totius redditus que recepturi sumus ad eandem domum; et cum vestimentis ecclesiasticis que ipsi *Cheledei* habuerunt; et cum hiis libris, id est; cum Pastorali, Graduali, Missali, Origine Sententiae Abbatis Clare Vallensis tribus quaterni Onibus de Sacramentis, cum parte Bibliotici cum Lectionario, cum Actibus Apostolorum, Textu Evangeliorum, prosperotibus libris Solomonis Glossis de Canticis Canticorum, Inter pre-tationibus Dictionum, Collectione Sententiarum, Expositione super Genesim, Exceptionibus Ecclesiasticarum Regularum. Hiis testibus, Gregorio Episcopo de Dunkelden, et Gulielmo Abbe de Sancta Cruce, et Thoraldo Archidia-

cono, et Matheo Archidiacono, Ajulfo Decano, Mag<sup>o</sup>. Thoma, Mag<sup>o</sup>. Heriberto, Riccardo Capellano Episcopi. Reg. Sti Andr. pp. 44. 45.

The *Pastorale* seems to have been a work explaining the duties, and prerogatives, of bishops and abbots. The *Graduale* was the name given to the book containing the Responses, or Antiphonies, which were chanted after the epistle. The *Missale*, or Mass-book, requires no illustration. By *Origine* we are, most probably, to understand a copy, or some part, of the works of Origen. The next is a work doubtfully ascribed to the celebrated St Bernard Abbot of Clairvaux. Its proper title is, *Liber Sententiarum*. The title of the following has been, *Tres Quaterniones de Sacramentis*, i. e. "Three Quires, or Books, concerning the Sacraments." The next work, of which they had only a *part*, may have been a *Bibliotheca Patrum*, or Collection of the writings of the Fathers. They had also a *Lectionarius* or *Lectionarium*, or book containing the ecclesiastical lessons. This work is ascribed to Jerom, under the following title, *De Vitis Patrum*. There is, however, another work ascribed to the same father, entitled *Comes sive Lectionarius*; although it is numbered among the *Opera Spuria*.<sup>1</sup> It appears to have received the name of *Lectionarius*, because certain portions of it were to be read in the monasteries at certain times. The only books of the New Testament which seem to have had a place in this Library, were *The Acts of the Apostles*, and *The Four Gospels*.

Instead of *prosperotibus libris Solomonis*, we ought certainly to read, *Prospero, Tribus libris Solomonis*; that is, "with a copy of the works of Prosper" of Aquitain, one of the ecclesiastical writers of the fifth century, who was much esteemed in the dark ages, and who, as we have formerly seen, is quoted by Bede. They had also the *Three Books of Solomon*, the Proverbs, Ecclesiastes, and the Song of Songs. Besides these, they had a Commentary, or Book of Glosses, on the latter. The title of the book next mentioned has been, *Interpretationes Dictionum*; but whether it was an explanation of terms used in scripture, or a Dictionary of the Latin language, does not appear. The *Collectio Sententiurum* must have been an earlier work than the celebrated *Book of Sentences* of Peter Lombard, who did not flourish till some years after

<sup>1</sup> V. Cave, Hist. Literaria, 1. 225.

the subversion of this priory. The author of the *Expositio super Genesim* is unknown. The last in the list, seems to have been a book pointing out the dispensations which were granted, in particular cases, from the observation of the ecclesiastical rules otherwise supposed to be obligatory on all.

It appears, then, that this Culdean library consisted of seventeen books. A small number must this be deemed by those, who attend only to the extent of modern libraries. But when it is considered, that this list was made in the early part of the twelfth century; that these were all manuscripts; that in our time we can form no adequate idea of the difficulty and expence of procuring books in that age; the collection will appear by no means contemptible.

## NUMBER VII.

*Historia beati Reguli, et fundationis ecclesiae Sancti Andreæ: adjiciuntur quædam de Keledeis; et alia ad dictam ecclesiam pertinentia.* [Scripta cir. A. 1140.]

ANNO ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi 345, Constantinus, nepos Constantini filii Helenæ, congregavit exercitum magnum ad depopulandum Patras civitatem, in vindictam suspensionis beati Andreæ Apostoli Christi, et ut inde auferat Reliquias ipsius. Tertia autem nocte, antequam Imperator cum exercitu intraret civitatem, Angelus Dei descendens de cœlo apparuit sanctis viris, qui custodiebant Reliquias Sancti Andreæ Apostoli, et præcepit sancto episcopo Regulo, ut ipse cum clericis suis iret ad sarcophagum, in quo erant recondita ossa beati Andreæ, et inde tolleret tres digitos manus dextræ, et brachium inter cubitum et humerum, et patellam genu illius, et unum ex dentibus suis. Ipsi vero has partes de reliquiis tollentes, sicut Angelus illos jussérat, in loco secretissimo reposuerunt. Die vero sequente post harum reliquiarum repositionem, sub ortu solis, venit Imperator Constantius (*sic*) cum exercitu suo et urbem depopulavit, et provinciam; et secum Romæ asportavit Scrinium, in quo cætera ossamenta Sancti Apostoli invenit deposita. Quo adveniens depredavit Insulam Tyberis, et Colassium, et inde tulit secum ossa S'ti Lucæ Evangelistæ, et Timothei discipuli Beati Pauli Apostoli, usque ad Constantino-polim cum reliquiis Beati Andreæ.

Tunc temporis Hungus, filius Ferlon, magnus rex Pictorum, congregavit exercitum suum contra Adhelstanum regem Saxonum, et castrametatus est ad ostium fluminis Tyne. Nocte vero ipsa, ante congesionem duorum exercituum, Beatus Andreas apparuit Regi Pictorum Hungo in somniis, dicens ei quod ipse Apostolus, in die sequente, inimicum exercitum ita expugnaret, ut ipse Hungus plene de inimicis triumpharet. Cui rex ait, "Quis es tu? et unde venis?" Beatus Andreas respondens ait, "Ego sum Andreas Apostolus Christi, et nunc de celo veni a Deo missus revelare tibi, quod in die crastino expugnabo inimicos tuos, et tibi subjugabo; et laeta Victoria potitus ipse cum exercitu tuo incolumis reparabis. Et in regnum tuum Reliquiae meae afferentur; et locus ad quem deferentur cum omni honore et veneratione celebris erit, usque in ultimum diem seculi." Rex autem, ex somno evigilans, enarravit omnibus suis ea quae dormienti revelaverat Beatus Andreas. Quibus auditus Pictorum populus exhilaratus, jurejurando affirmavit, perpetuo cum omni diligentia se Beato Andreae venerationem exhibiturum, si ea quae Regi suo monstraverat ad effectum ducerentur. Die autem postero Picti, ex sponsione Apostoli letificati, prælium pararunt; et, diviso exercitu, circa Regem suum septem agmina statuerunt. Saxones vero suum dividentes exercitum, Regem suum Adhelstanum bis septem constipati sunt agminibus. Facto autem congressu, Saxones omni virtute illico destituti, Deo volente, et Sancto Apostolo Andrea pro Pictis interveniente, in fugam detorsi sunt. Regis autem Saxonum Adhelstani capite amputato, innumera Saxonum facta est cædes. Rex vero Hungus victoria potitus, cum exercitu non modico in terram suam rediens, caput Adhelstani secum precepit adferri, et in loco qui dicitur *Ardchinnechun*, infra portum qui nunc dicitur *Portus Reginae*, ligno fecit affigi. Post istam ope coelesti adeptam victoriam, in Pictos postmodum non ausi sunt insurgere Saxones.

Post hujus belli felicem victoriam non multis evolutis diebus, Angelus Dei iterum de coelo venit ad Beatum Episcopum Regulum, quem ita alloquitur: "Ex Dei summi præcepto partes Aquilonares adire non differes, adversus sollem orientem, cum Reliquiis discipuli Christi Andreæ; quos ex monitu nostro jamdudum reservasti. Et quocunque loco navis illa, quæ te et tuum velut per mare conventum, conquassata fuerit, te cum Sociis salvo et incomi lumi ibi in nomine Domini et Apostoli sui Andreæ, jace fundamentum Eccle-

“siae. Locus enim ille vobis erit per seculum requies, et ibidem erit resurrectio in die extremi examinis.” Regulus vero episcopus, juxta præceptum Angeli; Sanctis Viris comitatus, cum reliquiis S'ti Apostoli, erga Aquilonem tendit navgio. Et, per unius anni spatium et dimidii, multis tempestatum jactus procellis, per Insulas Greci Maris quoquaque appulsus fuit, oratorium in honorem S'ti Andreae constitut.

Innumeros itaque Sancti Viri labores perpessi, per marina littora, Deo ducente, in Aquilonem vela direxerunt, et in terra Pictorum, ad locum qui *Muckros* fuerat nuncupatus, nunc autem *Kylrimont* dictus, nocte S'ti Michaelis, applicuerunt. *Muckros* vero *nemus porcorum* dicitur. Navi vero qua vehebantur ad scopulos conquassata, crucem quandam, quam secum de Patris portaverant ibidem sibi erectis papilionibus in terra fixerunt, in signum quod portaverant sacrorum, et contra demonum insidias curamentum. Et ibidem per dies septem et totidem noctes manserunt. Ibidem dimissis senioribus S. Damiano, et fratre suo Merinach, in ipsius loci custodiam, Regulus, et cæteri viri, cum sanctis Reliquiis Sanctissimi Apostoli Andreæ ad *Forteviet* perrexerunt. Et illic tres filios Regis Hungi reperierunt, sciz. Howonam, et Nechtan, et Phinguneghert. Et quia pater illorum in expeditione in partibus *Argathelicae* tunc temporis extitit, de cuius vita filii multum solliciti erant, Deo et S'to Andreæ dedecimam partem de urbe *Forteviet*. Ibidem vero cruce quadam erecta, loco et loci habitatoribus Regis filiis, benedixerunt. Inde perrexerunt *Monoclatu* qui nunc dicitur *Monichi*, et ibi Regina Finchem Regi Hungo filiam enixa est quæ Mouren vocata est. Corpus illius virginis Mouren apud *Kylrimont* sepulta est, nullo ante hoc ibidem sepulso. Finchem vero Regina domum in qua filiam Mouren pepererat dedit Deo, et Sancto Andreæ, et totum atrium Regale perpetuo. Inde transierunt montana, seu *Moneth*, et venerunt ad locum qui vocabatur *Doldencha*, nunc autem dictus *Chondrochedalvan*. Ibi Hungus Rex sublimis de expeditione rediens, viris sanctis obvenit, et coram Reliquiis S'ti Andreæ Apostoli sibi ostensis, cum omni humilitate et reverentia se prostravit; Pictis omnibus qui cum illo erant, similiter cum Rege humili, prostratis coram Reliquiis. Rex vero locum illum, seu *Doldancha*, dedit Deo et Sancto Andreæ Apostolo, et ecclesiam ibi ædificavit ubi Reliquiæ sibi nudæ ostensæ erant. Inde Rex cum sanctis viris montana, seu *Moneth*, transiens venit usque ad *Monichi*. Ibidem et in honorem Dei et beati Apostoli ecclesiam

ædificavit. Et ita venit Rex cum sanctis viris ad *Forteiveth*; et ibi Deo et Apostolo basilicam ædificavit.

Postea vero Rex Hungus, cum sanctis viris, venit *Chyrimont*,<sup>1</sup> et magnam partem loci illius circumiens obtulit illam Deo et S'to Andreæ Apostolo, ad ædificandum ibi basilicas et oratorias. Locum vero ipsum, nota evidente designatum, ex magna devotione septies circumierunt. Rex Hungus, et ipse Episcopus Regulus, et viri cæteri, circuitione et perambulatione ita disposita septena præcessit Episcopus Regulus, super caput suum cum omni veneratione Reliquias S'ti Apostoli deferens, suo sacro conventu Episcopum cum comitibus hymnidicis sequente. Illos vero devotus secutus Rex Hungus est pedentim, Deo intinas preces et gratias fundens devotas. Regem vero secuti sunt viri optimates, totius regni nobiliores. Ita locum ipsum Deo communendarunt, et pace Regia munierunt. In signum vero Regiæ commendationis, per loci circuitum divisim 12 cruces lapideas viri sancti erexerunt; et Deo coeli humiliter supplicabant, ut omnes in illo loco mente devota, et intentione pura, orationis sua petitionis efficaciam obtinerent.

Postea Rex Hungus Basilicæ S'ti Apostoli in parochiam dedit quicquid terræ est inter Mare quod *Ishundenema* dicebatur, usque ad Mare quod *Sletheuma* vocabatur; et in adjacenti provinceia per circuitum de *Largow*,<sup>2</sup> usque ad *Siren*<sup>3</sup> canum; et de *Sireis* usque ad *Hyhatnoughten Mochchirb*,<sup>4</sup> quæ tellus nunc dicitur *Hadnachten*. Rex vero dedit hunc locum sc. *Chyrimonth* Deo, et Sancto Andreæ ejus Apostolo, cum aquis, pratis, cum agris, cum pascuis, cum moris, cum nemoribus, in eleemosynam perpetuo; et tanta libertate locum illum donavit, ut illius inhabitatores liberi et quieti semper existerent de exercitu, et de operibus castellorum, et pontium, et de inquietatione omnium secularium exactionum. Regulus vero Episcopus Deo cantavit orationem Allej, ut Deus locum istum in eleemosinam datum in sempiternum protegeret, et custodiret in honorem Apostoli. In memoriale datae libertatis Rex Hungus cespitem arreptum, coram nobilibus Pictis, hominibus suis, usque ad altare S'ti Andreæ de-

<sup>1</sup> Kyrimont vere fundata est ecclesia ab Ungusto II. rege Pictorum circa Annum 825, ut ex Wintono et aliis patet. Forsan Regulus eidem contemporaneus fuit. Reliqua de locis ad ecclesiam S'ti Andreæ pertinentibus, &c. videntur esse verissima.

<sup>2</sup> *Largow*, Sibbald, Fife, p. 68, Fol. edit.

<sup>3</sup> *Sireis*, ibid.

<sup>4</sup> *Hyhatnachten Machchirb*, ibid.

tulit; et super illud cespitem eundem obtulit. In præsentia Testium horum hoc factum est, Thalarg filii Ythernbuthib, Nactan filii Chelturan, Garnach filii Dosnach, Drusti filii Urthrost,<sup>1</sup> Nachtalich filii Gighergh,<sup>2</sup> Shinah filii Lutheren,<sup>3</sup> Anegus filii Forchate,<sup>4</sup> Sheradach<sup>5</sup> filii Finleich, Phiachan sui filii, Bolge, Glunmerach filii Taran, Demene filii Aunganena,<sup>6</sup> Duptalaich filii Bergib.<sup>7</sup> Isti Testes ex Regali Prosapia geniti sunt.

Postea in *Chilrymont* sancti viri septem construxerunt ecclesias. Unam in honorem sancti *Reguli*: Secundam in honorem *Sti Aneglus* Diaconi: Tertiam in honorem *Sti Michaelis* Archangeli: Quartam in honorem *Sti Mariæ Virginis*: Quintam in honorem *Sti Damiani*: Sextam in honorem *Sto Brigida* virginis: Septimam in honorem *Mureu* cuiusdam virginis;<sup>8</sup> et in illa ecclesia fuerunt 50 virgines, de semine regio procreatæ, omnes Deo dicatae, et velatae undecim annis; et sepultæ sunt omnes in orientali parte ipsius ecclesiæ.

Hæc sunt nomina illorum sanctorum vitorum qui sacras reliquias *Sti Andreae* Apostoli attulerunt in Scotiam. *Stus Regulus* ipse. *Gelasius* Diaconus. *Matthews* Heremita. *S. Damianus* Presbyter: et *Merinachus* frater ejus. *Nervius* et *Crisemus* de Nola Insula. *Mirenus*: et *Thuluculus* Diaconus. *Nathabeus*, et *Silvius* frater ejus. Septem Heremitæ de Insula Tiberis, *Felix*, *Juranus*, *Mauritius*, *Madianus*, *Philippus*, *Eugenius*, *Lunus*. Et tres virgines de Colossia, sciz. *Kiduana*, *Potentia*, *Cineria*. Hæ virgines sepultæ sunt ad eeclesiam *S. Anaglas*.

Thana filius Dudabreach<sup>9</sup> hoc monumentum scripsit Regi Pherath filio Bergeth<sup>10</sup> in villa Migdele.\*<sup>11</sup>

Hæc, ut præfati sumus, sicut in veteribus Pictorum libris scripta reperimus, transcriptissimus. Affirmant plerique Scotorum Beatum Apostolum Andream vi-

<sup>1</sup> *Wrthrossi*, ibid.

<sup>2</sup> *Gigherti*, ibid.

<sup>3</sup> *Lucheran*, ibid.

<sup>4</sup> *Forchele*, ibid.

<sup>5</sup> *Pheradath*, ibid.

<sup>6</sup> *Chinganena*, ibid.

<sup>7</sup> *Borgah*, ibid.

<sup>8</sup> Apparently *Mouren*, the king's daughter, mentioned above, p. 380.

<sup>9</sup> *Chona*, fil. *Dudabreach*, ibid.

<sup>10</sup> *Bargoth*, ibid.

\* Vered filius Bargot fuit rex Pictorum ab Aº 839 ad 842. Si per hoc monumentum intelligitur omnis fabula, putidum est mendacium monachorum *Sti Andreae*, nam impossibile est talem fabulam venditari intra quindecim annos post veram fundationem ecclesiæ *Sti Andreæ* ab *Ungusto II.* Sed per hoc monumentum forsan intelligere debemus verba Chartæ fundationis sciz. *Rex Hungus Basilica*, &c. Utcumque sit vestigia Geographiæ priscæ, et Morum antiquorum, hoc in fragmento facile apparent.

<sup>11</sup> *Migdale*, ibid.; now *Meigle*.

ventem in corpore, ibidem fuisse, hoc argumentum assertionis suæ assumentes, quod terram Pictorum sc. Scythicam, in sortem prædicationis accepit; et ideo locum istum præ cunctis locis carum habebat; et quod non explevit vi-vus expletat carne solutus. Quod quia scriptum non reperimus, in neutram partem, negando, vel affirmando, nimium inclinamus: sed quoniam de virtutibus et miraculis, quæ per sanctum Apostolum suum Deus et fecit, et facit, facta est mentio, unde et quædam illorum scribendi obtulit se occasio, quæ vel scripta reperimus, vel a veridicis audivimus relatoribus, vel etiam, ipsi perspeximus, scribere Deo donante disposuimus: et hoc non fratres postulaverunt. Interim autem distulimus donec incepimus compleamus.

Deleto igitur funditus Pictorum regno, et a Scottis occupato, vicissim res et possessiones ecclesiae crescebant, aut decrescebant, prout reges et principes devotionem ad sanctum apostolum habebant. De quibus non est dicendum modo per singula, sed quæ ad nos spectant compendiose tractanda. Erat autem regia urbs *Rymont, Regius Mons*, dicta, quam præfatus Rex Hungus Deo et Sancto Apostolo dedit. Sublatis vero a presenti vita Sanctis, quorum supra mentionem fecimus, qui cum Reliquiis beati Apostoli advenerant, et eorum Discipulis atque Imitatoribus, cultus ibi religiosus deperierat, sicut et gens barbara et inulta fuerat.

Habebantur tamen in ecclesia S'ti Andreæ, quota et quanta tunc erat, tredecim per successionem carnalem quos *Keledeos* appellant, qui secundum suam æstimationem, et hominum traditionem, magis quam secundum sanctorum statuta patrum, vivebant. Sed et adhuc similiter vivunt, et quædam habent communia pauciora sciz. et deterioria: quædam vero propria plura sciz. et potiora; prout quisque ab amicis suis aliqua necessitudine ad se pertinentibus, viz. consanguineis et affinibus, vel ab iis quorum animæ charæ sunt, quod est amiciarum [amicarum] Jamici, sive aliis quibuslibet modis, poterit quis adipisci. Postquam *Keledei* effecti sunt, non licet eis habere uxores suas in domibus suis; sed nec alias, de quibus mala oriatur suspicio mulieris. Personæ nihilominus septem fuerunt, oblationes altaris inter se dividentes; quarum septem portionum unam tantum habebat episcopus; et hospitale unam: quinque vero reliquæ in quinque cæteros, dividebantur, qui nullum omnino altari vel ecclesiæ impendebant servitium, præterquam peregrinos et hospites, cum

plures quam sex adventarunt, more suo hospitio suscipiebant, sortem mitten-tes quis quos vel quot reciperet. Hospitalie sane semper sex, et infra, susci-piebat. Sed quod nunc, donante Deo, postquam in manum Canonicorum de-venit, omnes suscepit eo advenientes. Statuerunt etiam Canonici ut si quis eo aeger deveniat, vel infirmatus ibi fuerit, cura ipsius agatur in omnibus ne-cessariis, iuxta domus facultatem, usque dum convalescat, vel moriatur. Si quid autem habuerit, faciat inde quod voluerit; et disponit ad libitum suum, quoniam in domo illa nihil exigetur ab illo. Constitutus est etiam a Canoni-cis capellanus, qui et infirmatorum et morientium curam agat. Et duo patres, qui custodiunt domum, et hospites suscipiunt, atque infirmis ministrarent: qui tamen ibi neque comedunt, neque bibunt, neque induuntur. Ad hoc quo-que concesserunt Canonici decimas priorum suorum laborum, et reliquias eiborum suorum. Si quid vero necessarium sive sanis sive infirmis in cellario eorum fuerit, quod de hospitali haberi non poterit, sine contradictione done-tur.

Personæ autem supra memoratae redditus et possessiones proprias habebant; quas, cum e vita decederent, uxores eorum, quas publice tenebant, filii quoque vel filiæ, propinqui, vel generi, inter se dividebant. Nihilominus altaris obla-tiones, cui non deserviebant, quod puduisse dicere, si non libuisse eis facere. Nec potuit tantum auferri malum, usque ad tempus fœlicis memoriae Regis Alexandri, [Nominis I. 1107—1124.] Sanctæ Dei ecclesiæ specialis amatoris: qui et ecclesiam beati Andreae apostoli possessionibus et redditibus ampliavit; multisque et magnis muneribus, cumulavit; libertatibus et consuetudinibus, quæ sui regii muneric erant, cum regali possessione donavit. Terram etiam quæ *Cursus Apri* dicitur, quam cum allata fuissent reliquiae beati Andreae apostoli, rex Hungus, cuius supra mentionem fecimus, Deo et sancto apostolo Andreæ dederat, et postea oblata fuerat ex integro instituit; eo nimis obtenu, et conditione, ut in ipsa ecclesia constitueretur religio ad Deo deserviendum. Non enim erat qui beati apostoli altari deserviret, nec ibi missa celebrabatur, nisi cum rex vel episcopus illo advenerat, quod raro contigebat. *Keledei* namque in angulo quodam ecclesia, que modica nimis erat, suum officium more suo celebrabant. Cujus donationis regiae testes multi sunt superstites. Quam donationem et comes David, frater ejus, concessit; quem rex hereden-destinaverat, et in regno successorem, [A. D. 1124—1153.] sicut est hodie.

Ob cuius etiam donationis monumentum, regium equum Arabicum, cum proprio frreno, et sella, et scuto, et lancea argentea, opertum pallio grandi, et pretioso, præcepit rex usque ad altare adduci; et de prædictis donis, libertatibus, et consuetudinibus omnibus regalibus, ecclesiam investiri: arma quoque Turchensis diversi generis dedit, quæ cum ipsis scuto et sella in memoriam regiæ munificentia, usque hodie, in ecclesia S'ti Andreæ conservantur. Quæ undecimque advenientibus populis ostenduntur, ne oblivione ullenatus delentur, quod tam crebro ad memoriam revocatur. Hujus nempe regis Alexandri diebus, prope vite temporalis finem, dominus Robertus primus Sconensis ecclesiæ prior, (quam et idem rex Canonicis dederat, et multis donis atque possessionibus ditaverat,) in Episcopum Scotorum electus fuit. Sic quippe, ab antiquo, episcopi S'ti Andreæ dicti sunt. Et in scriptis tam antiquis, quam modernis inveniuntur dicti Summi Archiepiscopi, sive Summi Episcopi Scotorum. Unde et conscribi fecit in theca evangelii Fothet episcopus, maximæ vir authoritatis, versus istos :

Hanc evangelii thecam construxit avitus,  
Fothet qui Scotis summus episcopus est.

Sic et nunc quoque in vulgari et communi locutione *Escop Alban*, i. e. Episcopi Albaniæ, appellantur. Sic et dicti sunt, et dicuntur per excellentiam, ab universis Scotorum episcopis; qui a locis quibus præsunt appellantur.

Sed ante ipsius electi consecrationem memoratus rex Alexander, ad extrema deductus, fratrem suum regem David, qui solus ex fratribus supererat, et superest, non tam regni quam devotionis erga Dei ecclesiam, et pauperum tutelam, reliquit heredem. Satagit enim, et sataget, ut quod frater ejus rex, sæpe dictus, incepérat, ipse ad finem Deo juvante perducere. Plures et ecclesias, et plura monasteria, tam monachorum, quam canonicorum, necnon et sanctimonialium constituit; quibus et multa beneficia contulit. Præterea in servos et ancillas Christi multa operatus est opera misericordiae; quæ non est nostræ facultatis evolvere. Impetravit autem consecrari antistitem ecclesiæ S'ti Andreæ jam dictum D. Robertum, a piæ memoria Thurstino Eboracensi archiepiscopo, sine professione, vel qualibet exactione; salva duntaxat utriusque ecclesiæ dignitate, et sanctæ atque apostolicæ sedis autoritate. Ordinatio

natus igitur episcopus, atque ad sedem propriam reversus, quod anhelabat in pectore, exercere studebat in opere, ut ecclesia, viz. ampliaretur, et cultui divino dedicaretur. In multis tamen, et ante ordinationem, et post, adversatus est ei Satanus. Multas sustinuit injurias, et contumelias, juxta quod ait Apostolus, *Omnes qui volunt pie vivere in Christo persecutionem patiuntur.* Portiunculam autem septuaginam altaris, que in eum contigebat, et quam de propriis usibus suis substrahebat, in ecclesiae opus expendebat. Sed quoniam impensa erant modica, modice erigebatur et fabrica: donec Domino cooperante, et proxime rege David annuente, oblationes in manibus laicorum, tam virorum quam mulierum, exceptae, in usus ecclesiae sunt receptae. Dein ubi magis quod daret ad manum haberet, magis ac magis opus accelerabat.

Basilica igitur in fundamentis inchoata, et ex majori jam parte consummata, domibus quibusdam ita exactis, cum claustro nt jam possint habitationes introduci, qui non nimia quererent, et interim per patientiam expectarent D. Adebaldum episcopum Carleolensem expetiit, tam per literas, quam per missarios per vivam quoque vocem, regi David sibi concedere ecclesiam S. Oswaldi, cui ipse episcopus jure prioris praeerat, personam quam in partem sui laboris assumeret, et Canonicis, quos in ecclesia S'ti Andreæ statuere disponebat, Priorem constitueret. Familiarius siquidem sibi videbatur, et dulcius de ipsa ecclesia ubi se Deo devoverat, et habitum religionis suscepérat, unde et Sconeus ecclesiæ primus Prior destinatus fuerat: de qua nt prefati sumus, in Episcopum electus, et assumptus erat; quam aliunde personam accipere. Nec tamen quamlibet postulavit personam, sed fratrem Robertum, non quidem fama notum, vel conversatione, sed tantum nomine, quem juxta quod ab amicis et familiaribus suis qui eum noverant ad hoc idoneum estimabant. Petuit ergo eum et accepit, nec enim ei de ipsa ecclesia negare poterat, vel debebat, quia quid rationabiliter postularet.

Memoratus autem frater Robertus ex precepto D. Episcopi aliquandiu apud S'tum Andream conservatus est, et sine Canonicis, non tamen sine Clericis, prebente Domino Episcopo necessaria sibi et suis. In ecclesiam vero nullam habebat, nec habere volebat, potestatem, donec ei Dominus procuraret quam optabat ad Dei servitium societatem. Nihil tamen de se presumerit; sed totum se Deo deferens, et se ordinationi submittens, Deum sedulo deprecabatur ut eum visitari et consolari dignaretur, aut tale donaret, se religionis funda-

mentum ponere, supra quod constructum edificium firmum esset, et stabile. Sicut enim in corde statuerat nequaquam in alienos labores intrare volebat, quod fortasse sibi facile foret de aliis et diversis ecclesiis, sibi fratres sociare, ne forte diversi diversa sentientes, dum qui essent videri appeterent, in unitatem non convenirent; et sic antequam jaceretur fundamentum, pateretur fabrica detrimentum. Si quos tamen, modo quo ipse disponebat vivere paratis, ei Deus adduceret, eos benigne susciperet.

Interea fratre Roberto ex precepto Episcopi ut dictum est ibidem commorante, D. Episcopo autem circa incepturn segnius agente, venit Rex, [David I.] una cum filio suo Henrico Comite, et Rege Designato, ad Sanctum Andream, orationis gratia; multique cum iis Comitum et Potentium terræ. In crastino autem, audita missa, et horis ex more et oblatione factis, veniens Rex in claustrum, quale illud tunc erat, simul cum iis qui secum venerant; et residentibus cunctis, primum multa quæ nihil attinet, tandem causam pro qua precipue venerat apperuit Rex. Convenit igitur Episcopum cum sicut disposuisse dixerat, et Rex Alexander constituerat opus, et servitium Dei non acceleraret, ut in Ecclesia Beati Andreae religionem constitueret. Cumque post multas controversias causaretur D. Episcopus possessionem Episcopii non licere sibi minuere, vel dispergere, ne forte a successore suo, a servis Dei, auferrat, in quod ipsis ab eo conferretur. Respondet Rex, et dixit, ut de terra illa quæ *Cursus Aprilis* dicitur, quæ de Episcopatu non erat, quam Rex Alexander frater ejus, propter hoc Deo et S'ti Andreae devoverat, ut in ecclesia ejus religio constitueretur, sufficienter eis tribueret; et tam ipse quam filius ejus concederent, et ad instaurandam terram auxilium ferrent. Quod et fecerunt: et alios quosdam cum jurando juvare compulerunt. Tunc D. Episcopus, quasi sponte coactus, de terris personarum quæ abeuntibus eis in manum ejus obvenerant, quam libuit portionem, consilio et assensu Regis et filii ejus, et ceterorum Baronum qui aderunt, fratri Roberto in manum tradidit; unde fratres ut Dei servitium illo venientes interim sustentari debuissent. Nec tamen circa opus ecclesiæ segnius egit; sed quo citius consummaret omnibus modis satagit. Ipsa die piæ memoriae Robertus presbiter Domini, Episcopi frater uterinus, corde voce et opere seculum abrenuncians ad Deo deservendum, in ecclesia Beati Andreae sub canonica regula S'ti Patris nostri Augustini, in manum fratris Roberti Prioris se reddidit, cum ecclesia sua de Tinningham, annuente Domino Epis-

copo, ita sane ut vel ecclesiam illam haberent Canonici, vel L solidos per annum. Pinkerton's Enquiry, I. 456, 466.

## NUMBER VIII.

*An Account of the Lands which belonged to the Culdees of St Andrews.*

*Inter Nos et Kelledeos de Sancto Andrea.*

HEC est conventio facta inter Gilbertum Priorem Sancti Andree et Conventum ejusdem loci, et inter Kelledeos de Sancti Andree (*sic*), pro lite sopiaenda que inter illos erat de decimis, scilicet, quod dicti Prior et Canonici concesserunt *Kelledeis*, ut habeant et teneant, sine omni calunnia et contentione in perpetuum, rectas decimas plenarias in terris suis, scilicet, Kingase, Kinnakelle, cum Petsporqin, et Petkennin, Lethene, cum Kininis, Kernes cum Cambrun; ceteris in manu Canonicorum retentis, scil. Sponsaliis, Purificationibus, Oblationibus, Baptismo, Corporibus Defunctorum, exceptis corporibus *Kelledeorum*, qui ubi voluerint sepelientur. Preterea, *Kelledei* habebunt omnes decimas et omnes obventionibus (*sic*) de Kilglassin, excepto Baptismo, et Corporibus Defunctorum. *Kelledei* si quidem dederunt Strathtirum per rectas divisas suas in perpetuum libere et quiete ab omnibus, prout ipsi *Kelledei* liberius et quietius villam illam habuerunt; et ad hoc confirmandum, confirmationem Domini Regis Willielmi et confirmationem Domini Rogeri Episcopi, et nostris munivimus. Testibus hiis, Domino Rogero Episcopo, Domino David fratri Regis, Johanne Episcopo de Dunkelden, Jonatha Episcopo de Stratheren,<sup>1</sup> Mattheo Episcopo de Aberdon, Radulfo Electo de Brechin, Dunecano Comite de Fif, et Malcolmo et Dunecano, et David filiis ejus, Gilberto Comite de Stratheren, et Malis fratre ejus, Gillicriste Comite de Anegus et filio suo Duncano, Murethack Comite de Menethelh, Roberto filio Domini Regis, Laurentio filio de Horne<sup>2</sup> de Abernithin, Waldevo filio Merleswani, Adam filio Odonis, Macduf, Hugone Dapifero, Duncano filio Adam. de Syres, Buathae de Inchemerchach, Malcolmo filio Malpatricii, Alano de Lascells, Brecio persona de Kellin, Galfrido de Mallevilla, et multis aliis. Regist. Sti Andr. p. 385, 386.

<sup>1</sup> i. e. of Dunblane, the only city in the stewartry of Strathearn.

<sup>2</sup> Properly denominated *Orme*. V. p. 127, 128.

## NUMBER IX.

*Confirmatio Capituli Brechynensis de Procurationibus.*

UNIVERSIS sanctae matris ecclesiae filiis, *Mallebryde* Prior, et *Keledei*, ceterique de Capitulo Brechinensis ecclesiae, salutem. Sit universitati vestrae notum, Radulphum Dei Gratia Brechynensem episcopum, consilio nostro et assensu, monachis de Abirbrothoc, caritatis intuitu, concessisse, ut, quandocunque ad quasdam ecclesias eorum, in dioecesi ejus sitas, visitandas ex officio venerit, videlicet ad ecclesiam de Marigtoun, vel ad ecclesiam de Gutheryn, vel ad ecclesiam de Panbryd, vel ad ecclesiam de Moniekyn, vel ad ecclesiam de Dunechtn, ad nullam earum hospitalitatis ei exhibeatur procuratio; sed tantum ad abbatiam, ubi hoc honestius et decentius fieri potest. Nos etiam concessionem istam, sicut in carta praedictorum monachorum melius continentur, omnino ratam et gratam habemus; et, in hujus rei testimonium praesenti scripto ecclesiae nostrae sigillum dignum duximus apponendum. Teste Capituli nostri universitate.

*Confirmatio Capituli Brechynensis de omnibus ecclesiis.*

Universis sanctae matris ecclesiae filiis *Mallebryde* Prior et *Keledei*, ceterique clerici de Capitulo Brechynensis ecclesiae, salutem. Universitati vestrae notum facimus, nos donationes et concessiones ecclesiarum Deo et monasterio beati Thounae martyris de Abirbrothoc, et monachis ibidem Deo servientibus et servituris, a felicis memoriae *Turpino* et *Radulpho* Brechynensis ecclesiae episcopis cañonicae collatas, ratas et gratas habere; et eidem donationibus et concessionibus, sicut in eorum cartis liberius, quietius, plenius, et honorificenter continentur, consilium praebere et assensum: Et in hujus rei testimonium praesenti scripto sigillum ecclesiae nostrae dignum duximus apponendum. Testibus G. Archidiacono, Hugone de Sigillo, Matthæo Decano, Andrea Capellano, Petro Capellano, Ranulpho Capellano de Maringtoun, Ada Biundo, et Roberto clero filio Adae Senescalli. Pref. to Keith's Catalogue, xi. xii.<sup>1</sup>

<sup>1</sup> These vary from the transcripts in Reg. Aberbroth. p. 227, 228, 230, 231, merely in orthography, and in giving the name of the prior at full length.

## NUMBER X.

*Charter of Gilchrist, Earl of Mar, to the Culdees of Monimusk.*

**GILCRISTUS** Comes de Mar Omnibus probis hominibus presens scriptum visuris, tam Clericis quam Laicis, Salutem. Noverit universitas vestra me Dedissem, et hac presente carta mea Confirmasse, Deo et Ecclesie Sancte Marie de Munimusc et *Keledeis* ibidem servientibus et servituri, ecclesiam de Lorthel cum omnibus decimis, libertatibus, oblationibus, obventionibus, et cum illa dimid. Davach terre tota in qua sita est Ecclesia, libera ab omni exactione et servitio seculari, sicut sunt decime et cetere oblationes altaris, in pascuis, pratis, nemoribus, et aquis, molendinis, et omnibus suis rectis divisis et terminis, et communis pastura, in liberam et puram, quietam et perpetuam elemosinam, a me et here-dibus meis, et successoribus meis, pro salute et prosperitate domini mei Willielmi Regis filii et carorum ejus, et pro meipso et omnibus progenitoribus et heredibus et successoribus meis huic donationi mee faventibus. Quare Volo et precipio, ut prefati *Keledei* predictam ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis ita libere et quiete, plenarie et honorifice, in perpetuam elemosinam teneant et possideant, sicut aliqui Canonici vel monachi vel quicunque alii viri Religiosi in toto regno Scotie aliquam ecclesiam vel elemosinam per donationem Baronis vel Comitis, liberius quietius pleniuer et honorificuent tenent vel possident. Testibus &c.

Regist. Sti Andr. pp. 441, 442.

## NUMBER XI.

*Charter of Duncan, Earl of Mar, in favour of the Culdees of Monimusk.*

**DUNCANUS** Comes de Mar Universis hoc scriptam visuris vel audituris eternam in Domino salutem. Universitati vestre notum facio me Dedissem, Concessisse, et hac Carta mea Confirmasse, Deo et Sancte Marie de Monimusc et *Keledeis*

sive Canonicis ibidem servientibus et in perpetuum servitulis, Ecclesiam de Lorthel cum omnibus decimis, libertatibus, oblationibus, conventionibus, et cum tota illa dimid. Devachin. qua sita est Ecclesia, libera ab omni exactione et servitio seculari, sicut sue decime et cetere oblationes altaris in pascuis, pratis, nemoribus, agris, aquis, molendinis, et cum omnibus terminis suis et divisis et communii pastura; in liberam et puram, quietam et perpetuam elemosinam a me et omniibus heredibus meis pro anima domini mei Willielmi Regis et antecessorum suorum, et pro anima patris mei M. Morgrund. et matris mee Agnetis, et omnium antecessorum meorum, et pro salute et prosperitate Domini mei Regis Alexandri et omnium suorum, et salute et prosperitate mea et uxoris mee et omnium heredum meorum. Quare Volo et Precipio ut predicte *Kelodei* vel Canonici predictam Ecclesiam cum predicta terra et omnibus suis pertinentiis et rectitudinibus ita libere et quiete, plenarie et honorifice teneant, si- cut aliqui viri religiosi aliquam ecclesiam vel elemosinam ex dono alicujus Comitis vel Baronis vel Militis in toto regno Scotie teneant et possident. Testibus &c.

Reverendo patri suo in Christo Petro Dei Gratia Episcopo Aberdon. Willielmus Comes de Mar Salutem et filiale subjectionem. Paternitati vestre notificamus quod sigillum impositum scripto, quod cum literis istis in quadam buxo sigillo nostro signato transmittimus, sigillum patris nostri fuisse intelligimus. In cuius rei testimonium has literas nostras patentes vobis transmittimus.

Regist. Sti Andr. p. 430.

## NUMBER XII.

*Charters from John, Bishop of Aberdeen, to the Culdees of Monimusk.*

OMNIBUS sancte matris ecclesie filiis, &c. Johannes Dei Gratia Aberdon. ecclie minister humilis, Salutem et sinceram in Domino Caritatem. Noverit universitas vestra nos, ad presentationem et petitionem Gilchrist Comitis de Mar, dedit et concessisse, et hac carta nostra episcopali auctoritate confirmasse, Deo et Ecclesie Beate Marie de Munimusc, et Canonicis qui *Kelodei* dicuntur ibidem Deo servientibus et servitulis, Ecclesiam de Lorthel, cum decimis et obventionibus, et cum dimid. Davach terre, et cum omnibus aliis rec-

titudinibus ad eandem ecclesiam pertinentibus, in liberam, puram et perpetuam elemosinam. Quare volumus, ut prefati Canonici prefatam ecclesiam cum omnibus ad eam juste spectantibus, ita libere et quiete, plenarie et honorifice in perpetuum possideant, sicut aliqui viri religiosi in toto regno Scotie aliquam ecclesiam, liberius, quietius, plenius, et honorificentius tenet et possident. Salvis Episcopalibus. Testibus &c.

Idem alibi sic confirmat. Noverit tam preteriti quam presentes, nos concedisse, et hac carta nostra confirmasse, donationem illam quam G. Comes de Mar donavit cenobio suo quod construxit apud Munimusc in ecclesia Sancte Marie, in qua *Keledei* ante fuerunt, Scil. Ecclesiam de Lorthel cum terris et pertinentiis suis ecclesiam de Innernochin cum terris et pertinentiis suis. Quare volumus et concedimus, ut predictum cenobium, et fratres ibidem Deo servientes, prefatas ecclesias et omnes alias tenuras et donationes suas quas idem Comes eis dedit et contulit, vel in posterum ipse vel alii collati sunt, ita libere, et quiete, et plenarie, et honorifice, in liberam et perpetuam elemosinam teneant et possideant, sicut aliqua domus religionis in regno Scotie aliquas ecclesias, liberius, et quietius, et honorificentius tenet et possidet. Sicut carta prefati Comitis testatur et confirmat. Salvis Episcopalibus. Volumus et concedimus, ut prefatum cenobium, et fratres ibidem commorantes, nulli domo subjecti sint, vel alicui faciant subjectionem, nisi nobis, et subjectionem talen nobis et successoribus nostris faciant, sicut cetere domus religionis per regnum Scotie, in Episcopatibus constitute, Episcopo suo debent facere. Teste &c. Regist. Sti Andr. pp. 442, 443.

*Rents of the Priory of Monimusk, A. 1260.*

Redditus proprii Canonicorum de Munimusc in adventu fratris Alani Prioris, Anno Gratie MCCLX. octavo in festo Nativitatis Beate Virginis, tam de terris quam Decanatus, q. scilicet, Ecclesie de Afford in firma denar. x. m., in firma farin. xviii. Celder q. Summa Ecclesie de Lochyell, sine dimid. Davat. terre xv. Celder et xii. Boll. farin. q. Summa Ecclesie de Keg. c. Sol. de qua mihi ipsi per predecessorum impignorata. q. Summa Ecclesie de Kindronch per Garbas vi. Mar. et dimid. et vi. Sol. cuius altaram est.

De terra de Lochyell ii. M. et dimid. q. De Fedars et Solrach iii. M. q. de Tulibaglagh Dimid. M. q. De Bracina dimid. Mar. q. De Thomazo x. S. q. De Totariis vi. S. q. De Egismengster mihi ipsi impignoratur.

De Cano de Honarepht x. Boll. Ordei, et x. Pet. Casei. q. De Cano de Mukval, Dimid. Celder Ordei. Regist. Sti Andr. p. 429.

## NUMBER XIII.

*Charter of Alexander II. confirming that of Earl Duncan.*

ALEXANDER Dei Gratia Rex Scottorum, Omnibus probis hominibus totius terre sue Clericis et Laicis Salutem. Sciant presentes et futuri quod cum pax firmata esset in presentia nostra et coram copia virorum proborum in plena curia nostra inter Duncanum filium Morgundi comitis de Mar ex una parte, et David filium Comitis ex altera, super quibusdam terris unde inter vos habita fuit controversia uterque illorum, at[ad?] petitionem nostram et proborum hominum nostrorum qui ibi presentes fuerunt, Contulit Ecclesiam de Lorthel, cum pertinentiis suis Deo et Ecclesie Sancte Marie de Monimuse, et Canonici ibidem Deo servientibus; et uterque illorum in manu nostra resignavit totum jus quod in predicta Ecclesia habuit vel habere potuit ad opus dictorum Canoniconorum: et ne veritas hujus rei latere possit, nos in testimonium hujus facti literas nostras inde fieri fecimus. Teste, &c. Regist. Sti Andr. pp. 430, 431.

## NUMBER XIV.

*Charters of Duncan Earl of Mar, and of Gilbert Bishop of Aberdeen.*

OMNIBUS has literas &c. Duncanus Comes de Mar Salutem. Universitati vestre notum facimus, nos dedisse, et hoc Carta nostra Confirmasse, Deo et Sancte Marie de Monimuse, et Canonici sibidem Deo servientibus, et in perpetuum servituiris, pro omnibus antecessorum et successorum nostrorum, Ecclesiam Sancti Andree de Kindrouth, cum conventionibus, oblationibus, et omnibus aliis justis pertinentiis suis, et cum una acra terre in Auchatendregen, ex altera parte amnis que vocatur Alien, in puram et perpetuam Elemosinam. Quare volumus quod prefati Canonici prefatam Ecclesiam Sancti Andree de Kindrouth habe-

ant et possideant prout melius, quietius, plenius et honorificentius, aliqua Elemosina in toto regno Scotie, ex dono alicujus Comitis vel Baronis, tenetur et possidetur. Teste &c. Regist. Sti Andr. pp. 434, 435.

Omnibus Sancte Matris &c. Ut supra, Gilbertus &c. Ut supra. Noverit universitas vestra, nos ad presentationem nobilis viri Domini Duncani Comitis de Mar, Dedisse, Concessisse, et hac carta nostra Confirmasse Deo et Ecclesie Sancte Marie de Monimusc, et Canoniceis ibidem Deo servientibus et servitoris, Ecclesiam Sancti Andree de Kindrouth, cum decembris, oblationibus, et conventionibus, et omnibus aliis ad eandem ecclesiam juste pertinentibus, et cum una acra terre de Auchatandregan ex altera parte annis que vocatur Alien. Tenend et Habend in puram et perpetuam Elemosinam, adeo libere, quiete, plenarie, et honorifice sieut aliqua Elemosina in regno Scotie, liberius, quietius, plenarius, et honorificantius tenetur et possidetur. Salvis Episcopaliibus. In cuius rei testimonium, presens scriptum sigilli mei munimine, Duximus roborandum. Teste &c. Regist. Sti Andr, p. 435.

#### NUMBER XV.

*Charters of Colin Durward, and of Philip de Monte, to the Priory of Monimusk.*

SCIANT presentes et futuri, quod ego Colinus Hostiarius dedi et concessi, et hac carta mea confirmavi, Deo et Ecclesie Sancti Marie de Monimusc, et Canoniceis ibidem Deo servientibus, et in perpetuum servituris, totam dimidiad Davach terre in qua sita est Ecclesia de Loythel, per omnes suas rectas divisas in bosco, in plano, in pascuis, in planis, in pratis, in aquis, nemoribus, in molendinis, in omnibus aliis libertatibus, rectitudinibus et asiamenti, cum communii pastura xv. vaccarum et centum ovium, cum sequela de duobus annis et quatuor equorum, liberam et quietam, et absolutam, ab omni auxilio et exactione, et servitio seculari et consuetudine, in liberam et quietam, et puram et perpetuan Elemosinam, pro salute et prosperitate, tam corporis quam anime mee et Ade uxoris mee, et omnium heredum meorum, et pro animabus omnium parentum meorum, et omnium Christianorum. Quare volo, ut predicti Canonici prenominatam

terram, cum omnibus rectitudinibus et pertinentiis suis, ita libere et quiete, plenarie et honorifice, teneant et possideant, sicut liberius et quietius, plenius et honorificentius aliqui Clerici vel religiosi aliquam terram vel clemosinam, ex dono alicujus Militis vel Wavasoris tenent vel possident in toto regno Scotic. Ego autem, et heredes mei, prefatam terram predictis canonicis contra omnes homines et feminas Warrantizabimus. Teste &c. Regist. Sti Andr. p. 431.

Omnibus Christi fidelibus, presens scriptum visuris vel audituris, Philippus de Monte Seicheter, et Anna filia et heres Domini Colini Hostioriarii (*sic*) defuncti, Salutem eternam in Domino. Noverit universitas vestra, nos divine caritatis intuitu et pro salute animarum nostrarum, et liberorum nostrorum, necnon et antecessorum et successorum nostrorum, Dedisce et Concessisse, et quietum pro nobis et heredibus nostris in perpetuum Clamasce, Deo et Sancte Marie de Monimusc, et Canoniciis ibidem Deo servientibus, et in perpetuum servituris, totum jus et clameum quod habemus, habuimus, vel habere poterimus, in quadam dimid. Davach terre in qua sita est Ecclesia de Loythel, per omnes rectas divisas suas in bosco, in plano, in pascuis, in pratis, in aquis, nemoribus, in molendinis et omnibus aliis libertatibus, rectitudinibus et asiamenti, cum communi pastura xv. vaccarum et centum ovium, cum sequela de duobus annis et iiii equorum. Habend et Tenend dictis Canoniciis et eorum successoribus dictam dimid. Davach cum omnibus suis pertinentiis, sicut predictum est, in liberam, et quietam, et puram Elemosinam, ab omni auxilio, exactione et servitio seculari, et consuetudine, ad nos vel heredes nostros spectantibus. In cuius rei testimonium presente scripto sigilla nostra apposuimus. Datum apud Loythel &c. Regist. Sti Andr. p. 432.

## NUMBER XVI.

*Charter by Thomas Durward to the Priory of Monimusk.*

OMNIBUS presentibus et futuris hoc scriptum visuris vel audituris, Th. Hostiar. Domini Regis Scotie Salutem. Noveritis universi, me divine pietatis intuitu, nec non pro animabus patris mei et matris mee et antecessorum meorum, et

pro salute anime mee, Dedissem et Concessissem, et hac carta mea Confirmasse Deo et Ecclesie Beate Virginis de Monimusc, et Canonicis ibidem Deo servientibus et servitulis, Ecclesiam de Afford, et cum omnibus ad eam juste pertinentibus, in liberam, puram, et perpetuam Elemosinam. Quare volo et concedo ut predicti Canonici predictam Ecclesiam, cum omnibus justis pertinentiis suis, habeant et possideant in perpetuum, adeo libere et quiete, plenarie et honorifice, sicut aliqua Ecclesia in toto regno Scotie, ex dono alicujus Militis, ab aliquo liberius et quietius, plenius et honorificentius tenetur et possidetur. Teste &c. Regist. Sti Andr. pp. 332, 433.

## NUMBER XVII.

*Charter by Roger, Earl of Buchan, to the Culdees of Monimusk.*

ROGERUS Comes de Bouchan, tam presentibus quam futuris, Salutem. Notum sit, tam absentibus quam presentibus, tam futuris quam modernis, me Dedissem, Concessisse, et hac carta mea Confirmasse, *Keledeis de Monimuse* quolibet anno de Feodarg xx. modios de grano ordaceo et decem cudros Casei; Et de Fos-sart viginti Cudros casei et quatuor modios de grano ordei et Multonam<sup>1</sup> in perpetuam Elemosinam, sicut Gartenach avus meus illis predictam Elemosinam dedit et concessit atque pretaxata eis portari infra festum Omnim Sanctorum. Ad Monimusc: Teste &c. Regist. Sti Andr. p. 437.

## NUMBER XVIII.

*Charter by William Bishop of Aberdeen, to the Culdees of Monimusk.*

WILLIELMUS Dei gratia Episcopus Sancti Andree, Abbatibus, Prioribus, Archidiaconis, Officialiis omnibusque Ecclesiarum Rectoribus, nec non et subditis suis universis, tam clericis quam laicis, per diocesim suam constitutis, eternam in

<sup>1</sup> Fortasse pro *Multuram*.

domino Salutem. Certum est quod huius qui obtentu religionis secularem relinquentes habitum suscipiunt regularem, et professionis omittunt votum revertendi ad commune hominum conversationis

aditum sibi precludunt et regressum, adeo ut qui habitus regularis susceptionem et factam professionem in aliquo loco religioso, propria temeritate inde presumpserit recedere, tanquam canis ad vomitum rediens, vel sus lota in volutabro luti, despiciose dignus habeatur, et tam Dei quam hominum abominatione. Eapropter dilectorum filiorum nostrorum Prioris et *Keledeorum* de Monimuse justis supplicationibus inclinati, universitati vestre per presentia scripta precipiendo mandamus, quatenus nullum de fratribus dicti loci qui habitum religionis suscepereunt ibidem et professionem fecerunt, sine licentia et literis commendati eis predictorum Prioris et *Keledeorum* ad commorandum inter vos vel communicand presumatis admittere, sed potius ipsum habeatis tanquam ethnicum et publicanum, donec penitentia ductus quantotius ad domum propriam et confratres revertatur, super transgressionibus suis plenius satisfacturis, et juxta institutiones Regule ipsorum canonicam recepturus disciplinam. Valete. Regist. Sti Andr. pp. 435, 436.

## NUMBER XIX.

*Convention between the Culdees of Monimusk and the Bishop of St Andrews.*

*Commissio impetrata per Dominum Episcopum Sti Andree contra destruentes hospitalia, aut in aliam naturam convertentes, et specialiter ad reformand hospitale sive Kildey de Monymuske, et processus super eodem.*

ADAM de Melros, Willūs de Dryburch, et Robertus Archidiaconus Glasguen, Omnibus has literas visuris vel audituris, eternam in Dno Salutem. Literas Dni Pape Innocencii tertii in hec verba suscepimus. Innocencius Ep̄us, Servus Servorum Dei, Delectis filiis de Melros et de Driburch Abbatibus Sti Andree et Glasguen Dioces. et Archidiacono Glasguen Salutem et Apostolicam benedictionem. Venerabilis fratris nostri Sti Andree Episcopi suscepimus queremoniam, quod *Kildei* quidam qui se Canonicos gerunt, et quidam alii Aberdon-

ensis dioeces, infra villam de Monimuske pertinentem ad ipsum, quandam canonicam regularem eodem renitente contra justitiam construere non formidant in ecclie sue prejudicium et gravamen. Quocirca discrezioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus partibus convocatis et auditis, hinc inde propositis quod conventum fuerit appellacione post posita statuatis facientes quod statueritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari, testes vero qui fuerint vocandi, si se gracia odio vel timore substraxerint, per districcionem eadem appellatione remota rogatis veritati testimonium perhibere, nullis literis veritati et justicie prejudicantibus a sede apostolica impetratis, quod si non omnes hijs exequendis poteritis interesse, duo vestrum ea nilominus exequantur. Datum Lateran x<sup>o</sup>. Kal. Aprilis, Anno Pontificatus nostri xiii. Harum auctoritate partibus in presencia nostra constitutis, ita inter Dnum Willmūm Epūm Sti Andree et *Kildos* de Monimuske consensu Archidiaconorum suorum et Capituli Sti Andree amicabiliter convenit, viz. quod Dnus Epūs Sti Andree concessit ut hiidem *Kildei* de cetero unum habeant refectorium, unum dormitorium, et unum oratorium sine simiterio; ita quod corpora *Kildeorum* et clericorum sive laicorum, cum eis communorancium, in simiterio parochialis ecciiē de Monimuske ecclesiasticam recipiant sepulturam, ita libere sicut hucusque solent sepeliri, salvo in omnibus jure matricis eccliae. Erint autem ibi duodecim *Kildei* et decimus tertius erit Bricius quem ipsi *Kildei* presentabant Dno Epō Sti Andree ut sit Magr̄ aut prior eorum. Eo autem cedente aut dececente, *Kildei* de *Conkildeis* suis eligent tres de communi consensu eorum, et eos Epō Sti Andree quicunque fuerit presentabunt, ut pro voluntate et dispositione sua Epūs Sti Andree de tribus assumat unum, qui prioratum sive magisterium habeat, et eidem tanquam fundatori domus *Kildeorum* fidelitatem faciet, et in electione Prioris vel Magr̄ *Kildeorum* ita; fiet hoc adjecto quod non licebit eisdem *Kildeis* vitam seu ordinem monachorum vel canonicorum regularium sine consensu ipsius Episcopi, vel successorum suorum, ibidem profiteri in perpetuum, acque numerum *Kildeorum* prenominatum exceedere. Cedente vero aut dececente aliquo *Kildeorum*, liberi poterint alium substituere, usque numerum prenominatum; ita quod quilibet *Kildeus*, presente Episcopo Sti Andree, vel eo qui per eum ad hoc fuerit deputatus, jurabit quod predictam compositionem fideliter sine dolo et malo ingenio quantum in eo erit, servabit. Predicti vero *Kildei* dimidiam carucatam terre, Eglismonycktok nomine, quam ex donacione Roberti bone

memorie Episcopi Sti Andree habuerunt, adeo libere integre et quiete, ut eam a tempore ejusdem Episcopi usque ad hoc tempora possiderunt, de cetero possidebunt in perpetuum. Habebunt et quartam partem obvencionum que in communi conferuntur *Kildeis* clericis spers, et ferd ab hiis qui ibidein sepulturam eligrint, et partem que eos contingit de communi elemosina que dicitur Sauchbarian, et partem que eos contingit de beneficio quo dicitur Thomicom thramunnd, libere et quiete, juxta quod ab antiquis temporibus retro usque ad hec tempora habuerint; salvo in omnibus jure persone et matricis ecclie. Terras autem quas hiidem *Kildei*, ex concessione Gilchrist Comitis de Mar, sine consensu predicti Episcopi receperunt, scil. Dulbethok et Fernochty, resignaverunt in manum Episcopi; ita quod de cetero nichil juris vendicabunt in eis, nisi de consensu suo aut successorum suorum. Promiserunt etiam firmiter, quod de cetero nullas terras que ad Epum Sti Andree debent pertinere, ex dono ipsius Comitis vel alterius, sine assensu ipsius Ep Sti Andree de cetero recipient, nec aliquod facient quod cedet in prejudicium dignitatis sue ecclie Sti Andree, vel in detrimentum ecclie parochialis de Monymuske. Cum autem contigerit Epum Sti Andree venire ad Monimuske, predicti *Kildei* recipient eum cum processione solemniter. Dnus etiam Willus Epus Sti Andree promisit pro se et successoribus, quod eosdem *Kildeos* juvabit et manutenebit tanquam suos. Ut autem hec composicio futuris perpetuo temporibus rata et illibata perseveret, et presentis scripti munimine et tam sigillorum nostrorum quam sigillorum parcium apposicione, et juramento Bricii et Andree *Kildorum* pro se et suis *Conkildeis* interposito, est confirmata. Hiis testibus Thoma Priore Sti Andree, Magro Laurencio Archidiacono Sti Andree, Magro Johē Archidiacono Laudonie, Petro, Edwardo, Galfrido, Capellani Episcopi Sti Andree, Gervas de Geasle, Roberto de Haya, Magro Stephano, Magro Adam Ovide, et Magro Michacle, et Magro Petro de Driburch, clericis Episcopi Sancti Andree, Magro Bricio, Magro Bricio de Monymuske, et multis aliis. Regist. Aberdon. Fol. 4, 5. Macfarl. p. 11. 14. V. etiam Regist. Sti Andr. pp. 437. 440.

## NUMBER XX.

*Charter of Foundation of the Priory of Canons Regular at St Andrews.*

*Carta Roberti De Fundatione.*

ROBERTUS Dei Gratia Scotorum Episcopus, Omnibus Catholice Ecclesie Filiis, tam presentibus quam futuris, Salutem perpetuam. Ecclesiam beati Andrei Apostoli, cui, auctore Deo, deservio, cum usque ad tempus nostrum permodica fuerat, Deo inspirante, ampliare statuimus. Sed quum non sufficit ad laudem nominis Domini lapidum congeriem congregare, nisi et procuremus vivos in dicti edificiuni uni lapides adunare, Canonicos ibidem ad Deo deservendum, sub regula canonicali beati fratris Augustini constituimus: Quibus et filium nostrum et fratrem Robertum in partem laboris nostri assumentes uni pariter et nomine Prioris preficimus, et ad victum et vestitum eorum ceteraque necessaria, de possessionibus et redditibus nostris, consilio simul et concessione piissimi Regis nostri David, necnon et filii ejus Henrici Comitis et Regis designati; nihil ominus et Episcoporum, Abbatum, Comitum, atque optimatum et fidelium suorum consilio, portionem quandam in perpetuum possidendam, liberam, inconcussam, indulgemus. Que autem donavimus et concessimus subscrivenda dignum duximus. Sunt autem hec, Balrimund, Struvichen, Kinines, Gasdovenald, Drumekarach, Ledochin, Stratkines, Balhucca, Rodmanand, Petcullin, Kinastare, Chirenemonie, Drumsac, Balemaeduvethin, Egglismanim, Ballochin, Sconin, molendinum de Killrimund, molendinum de Pitchachin; hec omnia cum omnibus pertinentibus, et adjacentibus, et appendicis suis. Et de firma Regis de Perht v. marcam argenti singulis annis ad Pascha, ad luminare ecclesie, et unam aquam in Bereywick de dono Regis. De vii vero portionibus que sunt altaris Sancti Andrei ipsis Canoniciis ii. portiones dedimus et concessimus, que pertinent duobus personagiis qui ipsi habent; et Hospitali ejusdem ville i. portionem ad (*sic*) Nimirum Hospitale, cum terris, et possessionibus, et redditibus eidem pertinentibus, eisdem concessimus in susceptionem hospitum et peregrinorum, et ad ipsum hospitale medicatatem decime carcarum nostrarum, et vaccarum, et berchariarum, et pecharia-

rum, et equariarum de parochia Sancte Trinitatis, et medietatem de nostro Chan de Bladebolg, et de aliis provinciis et locis undecunque fuerit collatum vel adductum ad Sanctum Andream. Molendinum de Nidin eis deditus, et omnes libros nostros. Ista ergo, et quocunque postmodum predice ecclesie beati Andree, et Canonicis ibidem Deo servientibus aut servitulis collata fuerint, libera esse et quieta ab omni exactione decrevimus. Hanc igitur donationem et concessionem nostram quicunque ipsi ecclesie et Canonicis immunitam et inconcussam conservare adjuverit petere, et societatem cum beato Andrea et coapostolis ejus, et cum fundatoribus et defensoribus sancte dicte ecclesie, et cum omnibus sanctis se percepturum gaudeat. Eamque vero sive per fraudem sive per violentiam eam infestare vel diminuere temptaverit, nisi condigne satisficerit, ante tribunal districti judicis, cum raptoribus et destructoribus ecclesiarum, se reum et damnabilem fore dolet. Hanc ego Robertus Episcopus donationis nostri paginam episcopalim auctoritate confirmo. Et ob memoriam et reverentiam Dominice crucis impressione consigno, et sigilli nostri testimonio confirmatione consigno, Anno Dominice Incarnationis M<sup>o</sup>.C<sup>o</sup>XLIII. Ego Thoraldus Archidiaconus subscribo et crucis signo confirmo. Regist. Sti Andr. pp. 150, 151.

## NUMBER XXI.

*Charter of David I. concerning the Culdees of Kilrimunt.*

DAVID Rex Scottorum Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, et omnibus sancte ecclesie matris filiis, Salutem. Sciat me dedisse et concessisse Priori et Canonicis suis Sancte Andree Apostoli, ut recipient Keledeos de Kilrimunt in Canonicos secum, cum omnibus possessionibus et redditibus suis, si voluerint canonici fieri; et si noluerint canonicare, hii qui nunc vivunt, habent et teneant possessiones suas in vita sua, et post obitum illorum instituantur loco eorum tot Canonicci ecclesie Sancti Andree quot sunt Keledei; et omnia predia, et omnes terre et elemosine eorum quas habent, convertantur in usum Canonicorum predice ecclesie in perpetuam liberam et quietam elemosinam, sicut liberius et quietius tenet aliqua ecclesia in regno meo. Testibus

A. Episcopo de Katen. W. Abbate de Strevelin, W. Cancellario, Nicholao Clerico, Hugone de Morevilla, W. filii. Regist. Sti Andr. pp. 233, 234. V. etiam pp. 73. 80. 87. 94. 123.

## NUMBER XXII.

*Charters with respect to the Oblations at the Altar, formerly belonging to the Cul-dees of St Andrews.*

*Carta Roberti Episcopi de Oblationibus Altaris.*

ROBERTUS Dei Gratia Sancti Andree Episcopus omnibus sancti matris ecclesie filiis Salutem. Sciant tam posteri quam presentes, nos concessisse, et episcopali auctoritate confirmasse, Priori Sancti Audree et fratribus ibidem Deo servientibus, omnes partes oblationum altaris, excepta septima que de jure competit Episcopo, liberas et quietas, et ab omni exactione immunes. Hiis Testibus, Willielmo Episcopo Moravie, Osberto Abbe de Geddeward, Ajulfo Decano, Magistro Andrea, Magistro Hereberio, Joanne Nepote Episcopi, Magistro Thoma, Adam Capellano. Regist. Sti Andr. p. 153.

*Arnaldus de Tota Oblatione Altaris.*

Omnibus sancte matris ecclesie filiis Arnaldus Dei Gratia Sancti Andree Apostoli humilis minister, Salute. Ad pontificalem spectat solicitudinem paci providere Religiosorum, ut qui intus Deo vacant exterioribus vexationibus non premerentur.<sup>1</sup> Hac consideratione duci, quieti Canonorum in ecclesia Sancti Andree Apostoli Deo servientium in postrum consulentes, omnem oblationem altaris sui, quam, in septem partes divisam, personam septem non communiter viventes tenuerunt quondam, predictis Canoniciis regularem vitam profisis, et in communem degentibus, totam, integrum, illibataque rationabili provisione, et necessaria concedendum esse, Decrevimus; quoniam qui altari deserviunt de altario vivere debent. Neque secundum regulates clericales ibi oblationum portiones fieri debent, ubi communitas viventium unum facit quodam modo omne quod possidetur. Itaque prenominatis Canoniciis omnem oblationem altaris cui deserviunt, quietam et liberam, et sine partium distributione concedimus; et pre-

<sup>1</sup> In MS. *pre mare tur.*

sentis scripti pagina perpetuo jure tenendam confirmamus. Coram Hiis &c.  
Regist. Sti Andr. p. 158.

## NUMBER XXIII.

*Extract from a Bull of Pope Lucius II. dated A. 1183, concerning the Election  
of the Bishop of St Andrews, and the application of the Property of the Culdees  
on the decease of the individuals.*

— Preterea ut liberam electionem Prioris, nec non et Episcopi vestri juxta  
sanctiones canonicas habeatis, et in ipsa electione Antistitis secundum ecclesie  
consuetudinem Prior habeat prioram vocem. Adjicientes, quod sub titulo  
Priori, [f. Prioris], sicut a prenominato Roberto quondam Episcopo statutum  
est, professionem et obedientiam debitam faciat. Statuimus etiam ut, obeuntibus  
Keledeis, loco eorum, in ecclesia vestra, Regulares Canonici subrogentur,  
et eorum Prebende, et predia, in usus ecclesie vestre convertantur. Sane nova-  
lium vestrorum que propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis  
animalium vestrorum, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat.  
Liceat quoque vobis clericos vel laicos ex seculo fugientes liberos et absolutos  
ad conversionem recipere, et eos absque contradictione qua retinere. Prohi-  
bemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in eodem loco profes-  
sione [in], fas sit absque Prioris sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de  
eodem loco discedere. Discedentem vero absque communium literarum cau-  
tione nullus audeat retinere, &c. Regist. Sti Andr. p. 65. 66. V. etiam pp. 73. 87.

## NUMBER XXIV.

*Confirmation, by Malcolm IV., of a Convention between the Canons Regular and  
Culdees of St Andrews.*

*Carta Regis Malcolmi et [l. de] Conventione facta inter Canonicos Sancti Andree  
et Keldeos.*

Malcolmus Rex Scottorum Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciis, Viccomitibus, Prepositis, Ministris, et omnibus probis hominibus totius tere sue, clericis et laicis, Francis et Anglicis et Scotis, Salutem. Sciant tam posteri quam presentes, me concessisse, et hac mea carta confirmasse, Conventionem factam inter Canonicos Sancti Andree et Keledeos ejusdem ecclesie, scilicet, de Stradkines et de Lethin, sicut cyrographum eorum extraque parte testatur. Testibus Willielmo Episcopo Moravie, Waltero Cancellario, Matheo Archidiacono, Comite Feret, Comite Malch, Comite Gillibride de Aengus, Waltero filio Alani, Comite Dunecano, Willielmo de Sumerevill, Roberto Avenel, Rogero de Wilton, apud Pert. Reg. Sti. Andr. pp. 255, 256.

## NUMBER XXV.

*Account of a Gaelic MS. in the Advocates' Library.*

THE outer cover of this MS. is formed of part of an old Missal, written on vellum, in Irish or Gaelic characters, with illuminations. Under this is a second cover inclosing the book, and taken from two different MSS., also on vellum. Two folios are stitched together. The one, at the beginning, is written in a running Roman hand. The other, at the end of the book, is part of the *Legenda Aurea*, in square Roman characters: and, which is singular, it happens to be the very same part of this work, although belonging to a different copy, with that which comes next to be mentioned.

Between these two covers and what is properly the book, there is a single folio stitched in, containing a fragment of the *Legenda Aurea*, part of cap. 68. *De Sancto Spiritu*, the whole of cap. 69. *De Sanctis Gordiano et Epinacho*, and the beginning of cap. 70. *De Sanctis Nereo et Archilleo*. It is beautifully written, in Roman characters resembling the modern Italic, on vellum, with illuminated capitals.

The first page of this folio bears the following mark of property;

*Leabhar Giolla Colum Meigbeathadh.*

In another part of the collection, there is the same inscription as to substance; and also these words in Latin, *Liber Malcolmi Betune.*

Thus it appears, that this MS. was the property of one of these Beatons, formerly mentioned p. 318, as so celebrated for learning, and particularly for medical knowledge. This volume was presented to the Library of the Faculty by the Rev. Donald Macqueen, late Minister of Killinuir in Skye. V. Report of the Committee of the Highland Society, p. 294, 295.

The book contains 86 folios in vellum of a quarto size, besides some slips inserted; and 36 folios in paper.

The first three folios in vellum are part of a Gaelic or Irish MS. on Astronomy, or perhaps rather on Astrology, with figures of the signs of the Zodiac. The other vellum MSS. in this collection seem to be mostly on physic, and are in the Gaelic or Irish character, with many contractions. They have been evidently written by different hands, and in different ages. Some of them, as far as I can pretend to judge by comparison with Mr Astle's specimens, Plate 22, seem to be at least as old as the thirteenth century, and are beautifully written.

There is part of an Obituary, consisting of two folios in vellum. It begins A. 1350 and is carried on to A. 1402. It is undoubtedly Irish; mention being made of *Niall Odonnel, 1389; Niall More Oneill, 1397. &c.*

One of the MSS. on paper, consisting of five folios, has the title *Emanuel*. But it seems to be comparatively modern: and this title, we know, was given to many Irish MSS.

From the shreds with which this book is covered, consisting of parts of different MSS. of the same religious work, as well as from the variety which it contains, it is highly probable, that it may have been patched up, after the Reformation, from some of the fragiments of the Library of Iona; especially as it was the property of a gentleman who resided in the vicinity of that island. But, as far as I have observed, there is no inscription on any part of the materials, which indicates that it belonged to the monastery.

It may also be supposed that some of the MSS., lately purchased by the Highland Society of Scotland from Colonel Maclachlan of Kilbride in Argyleshire, were once part of the Library of Iona; as Ferquhard Maclachlan, a son of this family, was bishop of the Isles, and had long *in commendam* from the year 1530 to 1544. Report, ut sup. p. 290.

The oldest MS., examined by Mr Astley, and of which he gives a *fac simile*, Plate xxii. No 1., is now in the possession of this Society. This learned antiquary views it as of the ninth or tenth century.

*Note, in addition to what is said of Sodor, p. 44.*

Father Augustine Hay, speaking of the pretended church of Sodor in the Isle of Man, says; “ We find no church in that isle under that designation. Symon Bishop of Man holds a synod in Ecclesia Sancti Brandani, Anno 1291. William Russell, likewise Bishop, holds one other in 1350, in ecclesia sancti Michaelis Archangeli. And in a confirmation of Thomas Earle of Derby, granted Huano Episcopo Sodorensi in 1505, of all the possessions belonging to that Bishop, in the enumeration of the churches I find only Ecclesiam cathedralm Sancti Germani in *Holme Sodor vel Pele* vocata, [probably the small island above referred to]; ecclesiam Sancti Patricii, Sancti Brandani, Sancti Patricii de Jourby, Sancti Crorae, terras ecclesiae Sanctae Trinitatis in Leayre, Sanctae Marie in Balylach, Sancti Maghaldi, et Sancti Michaelis adjacentis. So that there is neither a particular church called *Sodorensis*, nor a bishop before the ninth age in that isle &c.” Scotia Sacra, p. 16, 17.

*Note, in addition to the account given of Wedale, p. 172.*

This is confirmed by the Charters of the lands of Crookston, the property of John Borthwick, Esquire, which lie six miles to the north of the village of Stow, near the head of the district, now commonly called *Gala Water*. In these Crookston is described as situated in *Wedale*. Particularly in one dated A. 1446, we find the following words. “ Alexander Ramsay, dominus de Dalwoulsy, &c. Noveritis me dedisse &c. Johanni de Borthwic pro suo servicio michi, &c. omnes et singulas terras de Crukkiston, cum pertinenciis jacen in *dannio de Wedale, et baronia mea de Dalwoulsy, infra vicecomitatum de Edinburgh,*” &c.

#### ERRATA.

- Page 5. For *initial consonant* read *initial syllable*  
 31. For *signetia* read *segnitia*  
 58. l. 1. after *Lloyd* read *Aidan* being then present  
 63. For *Senors* read *Seniors*  
 65. For *counsil* read *counsel*  
 145. For *Пæгнн* read *Пæгн*  
 191. For *Baldred's* read *Baldred's*  
 212. l. 14. for *whose* read *which*  
 221. l. 7. dele *been*  
 238. 239. Foot-notes, for *Nubes* read *Catalogus*  
 343. l. 20 before *performed* insert “ *the act of confirmation*”

N. B. The seal of the College of Abernethy, which forms the vignette in the Title-page, is an exact *Fac Simile*. The error in the word meant for *CONSENSU*, arising from the ignorance of the first engraver, is of course retained.